Vt autem id ostendam in hoc exemplo, consonantia quæ est 3 ad 2, quæ quinta dicitur stauior est ea, quæ inuenitur inter 3 & 4, quando dicimus quartam, quia ut diximus, septuagesima vibrationes conuentant. Item dum multis sonos audimus, ad grauiorem omnes alios reuocamus, unde grauior dicitur basis, & bassus, quasi fundamentum ceterorum, unde soni aliarum partium semper ad bassum resonantur, cum ergo in priori exemplo duæ fistulae aut chordæ A & H similiter canerent, volumas autem aliam tertiam chordam adiicie, factus est ut concordet secundum meliorem consonantiam cum fistula A grauiori; quâm cum fistula H, acutiori: igitur si sit eligendum; concordet cum A vt 3 ad 2, per quintam; & cum H, vt 4 ad 3, per quartam, quod aptius erit ad Harmoniam, quâm si per quartam concordet cum A, & per quintam cum H. dico ergo si fistula quæ adjicietur sit media harmonica, seu secundum proportionalitatem quam explicitius inter A, & H concordabit cum A per quintam, & cum H per quartam. Si vero fistula aut chorda quæ adjicietur sit media secundum proportionalitatem Arithmetican, concordabit cum A per quartam, & cum H per quintam quod ut bene intelligatur fistula ista reuocantur ad sonos editos, à variis partibus ciusdem chordæ I K, vt nempe cetera sint pars, nempe eadem crassitas, & eadem tensio, reuocetur longitudine linea I K ad numeros, & quia numeros 60 plurimas habet partes aliquotas; vt videntur fractiones, sit linea I K 60 partium, erit LK 30 partium, sic inueniendas numerus mediis harmonice inter 60, & 30 affecto illud esse 40 duas scilicet tertias numeri 60, seu divisionem bene factam esse in M, nam sicut 60 est duplus numeri 30, ita etiam 10 excessus quod 60, superat 40, est duplex numeri 10, quod 40, superat 30, cum autem I K tota chorda 60 partium, ad MK, 40, sit vt 3 ad 2 erit consonantia diapente, MK vero ad LK, est vt 40 ad 30, seu 4 ad 3 ergo erit consonantia diatessaron, seu quarta, diuina est ergo tota octava harmonica in quintam, & quartam, quod erat ostendendum.

Rursus sit I N quarta pars totius chordæ I K, & consequenter N K continent tres quadrantes linea I K, seu 45. dico diuina esse octauam in quartam, & quintam; & hoc arithmetice, hoc est si sit fistula D, quæ sonum reddat simili-

B Jam

Item illi quae ederet, chorda NK, si sola pulsat, supposito scilicet: fulcro, in puncto N. hec fistula D concordabit, cum A per quartam, & cum L K per quintam, nam est NK 45. 60 autem ad 45. est vt 4 ad 3, igitur est consonantia quam diatessaron nominamus, 45 autem ad 30. seu N K ad L K aut D ad H, erit vt 3, ad 2 seu consonantia diapente.

Quia vero si tres numeri exponantur 60. 45. 30 erunt tres numeri arithmeticæ proportionales, nam 45 superat quindecim vnitatis numerum 30. & 30, totidem numerum 45, ideo si octava diuidatur arithmeticè exuget quarta, & quinta.

Dividamus primam quintam nempe inter A & E, sicut alia fistula colluccia, qua si fieri possit cum virtute concordet. explicamus autem supra duplēcē datā tertiam, maiorem, & minorem, prīma est vt 3 ad 4, secunda est vt 6 ad 5, ideoque prima melior est. debet ergo fistula illa que est C, concordare cum A in tertia maiore, & cum E in tertia minore, reuoceturque hæc diuīsio ad numeros chordæ I K, que est 60. & M K 40. quæzatur numerus medius harmonicè inter 60. & 40, affinitatem linea IO que sit quinta pars linea I K, eritque IO partium 12. & OK partium 48 altero fistula Ctonom reddit quem edit chorda O K, fore vt concordet cum A secundum tertiam maiorem, & cum E secundum, tertiam minorem, & diuīsionem chordæ, fusile factam harmonicè, nam cum 60, ad 48; vt 5, ad 4 claram est IK ad O K, seu A, ad C concordare per tertiam maiorem, cum vero O K ad N K sit vt 48, ad 40, vt 6, ad 5 est consonantia, tercia maior, numeri autem 60. & 40 sunt continuæ proportionales harmonicæ, nam sicut 60, ad 40, est vt 3, ad 2: ita 12 excessus quo 60 superat 48, est ad 8. excessum quo 48 superat 40.

Si vero eadem quinta arithmeticè diuidetur, nempe inter 60. & 40 constituerat medium arithmeticum nempe 50. 60, cum, 50 esset vt 6 ad 5, tercia minor, 50 ad 40, vt 5 ad 4 tercia maior hæc diuīsio non ponitur nisi dum tonos diuidere volumus.

Sicut quintam qua est inter A & E aut inter I K, M K diuidimus in O, adiecta scilicet fistula C, ita etiam diuidere possimus quintam qua est inter D, & H, seu inter N K, & L K, adiecta fistula F, linea N K qua est 45 ita diuidatur in P, vt N P sit eius pars quinta, nempe 9. & reliqua P K 36, dico N K, ad P K concordare in tercia maiore, & PK, cum LK secundum tertiam minorem, & PK esse media harmonicæ inter utramque, nam est 45, ad 36; vt 5, ad 4: ergo tercia maior, 36, autem ad 30; vt 6, ad 5: tercia minor, vt autem 45, ad 30, ita 9, excessus quo 45, superat 30, ad 6 excessum, quo 36 superat 30, quæsi fiat fistula V uniflora cum P K, habebimus aliam fistulam concordem cum D, & cum H, altero item fistulam F concordare cum A, in exachordio maiori, nam A, seu I K est 60, & F seu P K est 36, est ergo vt 5 ad 3, ratio exachordii maioris octava ergo diuiditur diuīsione P in exachordion maius, & tertiam minorem,

E contraria vero fistula C concordabit cum H in exachordio minori, & cum A in tercia maiori, nam cum O K sit 48, & L K 30, & sit 48

ad 30 vt 8, ad 5; erit exachordion minus, vidianus autem A ad C concordare per tertiam maiorem.

Ex prima diuīsione octaua in quintam, & quartam, item ex secunda in quartam & quintam orientum tonus maior, nempe cum NK, sic 45. & M K sit 40, sitque 45 ad 40 vt 9, ad 8, hanc proportionem vocauerunt antiqui tonum. tonus autem non est consonantia, si enim fistula D respondens chorda NK, caeteret simili cum fistula E, respondente diuīsione M K, ingratissimus esset ille concertus.

Intercallum inter A & C, sicut inter P, & L nimirum magnum est, videamus utrum subdividi possit, sit 1q tonus linea I K pars 9. dico si fiat fistula B uniflora cum chorda q K, forte vt distaret à fistula A uno tono, item Juvivis AC diuīsum esse harmonicæ in B, nam cum A seu chorda I K illi respondens sit 60, & relecta sit nona eius pars 1q, reliqua qK 8 eius partes contingit, sitque IK, ad qK vt 9 ad 8 proportione toni, non autem pars, chordæ sexaginta partium est $6\frac{1}{2}$ quæ si auferatur ex I K, partium 60 restabat qK partium $5\frac{1}{2}$, O K autem erat 48, 60 vero est ad 48, vt 5, ad 4, affecto $5\frac{1}{2}$ esse medium proportionale harmonicum inter 60 & 48, quia $6\frac{1}{2}$ excessus quo 60 superat $5\frac{1}{2}$ le habet ad $5\frac{1}{2}$ excessum quo 48 superat $5\frac{1}{2}$ ut sit 48, vt 5, ad 4.

Rufius ablatio tono maiore, ex dytone, afferre restare tonum minorem, nempe fistulam B distare à fistula C, tono minore: seu $5\frac{1}{2}$ se habere ad 48, vt 10, ad 9, nam si fiat 9 ad 10 ita 48, ad quartum inuenietur $5\frac{1}{2}$.

Insuper addo quod si inter A & C constituerit fistula B media arithmeticæ, hæc distaret à fistula A, tono minore & à fistula C tono maiore, contrario modo quæ supra acciderit, nam inter 60 & 48 medium proportionale arithmeticum est 54, nam 54 superat 48 sex vnitatis, & 60 superat 54 pariter 6 vnitatis, clarum autem quid sit 60 ad 54 vt 10 ad 9, ratio toni minoris, & 54 ad 48, vt 9 ad 8 ratio toni maioris.

Habemus iam inuentam rationem semitonij maioris, quæ nempe est inter C, 48 & D 45, id est si ad minimos terminos reuocetur est vt 16 ad 15, cōdēm modo diuiditur intercallum vltimum; ita est 30 ad 32, est autem 36 ad 32 vt 9 ad 8, tonus maior & 32 ad 30 vt 16 ad 15 hemitonium maius.

Atque hoc modo exurgit diuīsio octaua in 7 intercalla habemusque tonos maiores, minores & hemitonias, item tertiam maiorem, minorem, quartam, quintam, sextam maiorem, minorem, habemus item septimam quæ sicut toni, & hemitonium non est consonantia.

Colliges autem ex his quomodo diuidenda sit chorda, vt quæplurimos tonos musicos, & consonantias exhibeat, deinde cum non in partes æquales diuidatur, aut eandem semper habentes rationem; quia nempe licet una cum sequenti concordaret, non tamen ita multæ concordarent inter se, ac in diuīsione ista communis.

Item notandum est istam diuīsionem ita esse naturalem, vt licet prima fistula cum sequenti non concordet, si simul cum illa canat, nihilominus una post aliam, optime consentiat,

consentiat, quod in aliis divisionibus non accidit, illis autem rei rationem nullam invenire potuit quae satisfaciat.

Colligunt autem rationem quare septem calamus dicatur compacta fistula, item recensentur

septem discrimina vocum in musica, quia nempē octauus calamus, qui cum primo conuenit in octaua, ita illi similis est, ut primus pro illo substitui possit, atque adeo tota octaua septem illis absoluatur.

180	160	144	135	120	108	96	90
A	B	C	D	E	F	G	H

Supponitur chorda in 180 partes diuisa eius media tantum pars hic exhibetur.

- A B tonus maior 9, ad 8.
- B C tonus minor 10, ad 9.
- C D hemitonium, maius 16 ad 15.
- D E tonus maior 9, ad 8.
- E F tonus minor 10, ad 9.
- F G tonus maior 9, ad 8.
- G H hemit. maius 16, ad 15.
- A C ditonus tertia maior 5, ad 4.
- D F ditonus.
- E G ditonus.
- B D semiditonus 6 ad 5 fete.
- C E semiditonus praecl. 6 ad 5.
- F H semiditonus praecl. 6 ad 5.
- A D quarta diatessaron 4 ad 3.
- B E quarta.
- C F quarta.
- D G tritonus discordantia vt $5\frac{5}{8}$ ad 4.
- A E diapente quinta 4 ad 2.
- B F quinta paulo deficiens.
- C G quinta praecl. 3 ad 2.
- D H quinta 3 ad 2.
- A F sexta mai. 5. ad 3.
- B G sexta maior.
- C H sexta minor 8 ad 5.
- A H octava.

Quæ omnia intelligenda sunt de chordis vñque ad finem lineæ sumptis à puncto diuisionis.

Ex his facile dignoscere potes primò quenam consonantiam appellat; quia etiam appellationis causa, nam primum octaua suam ab octauo numero appellationem habet, quod secundum hanc diuisionem illa chorda qua eum reddit sonum quem dimidiâ chorda primo assumpta, respectu totius octaua sit, diapente, seu quinta, diatessaron seu quarta. Exachordon minus; exachordon maius, ditonus, semiditonus, seu ditonus diminutus, ab iisdem gradibus, & sedibus denominatione habent.

Octaua dividitur in quintam & quartam harmonice, in quartam & quintam arithmeticæ. item in hexachodon minus, & tertiam minorem sicut in exachordon minus, & tertiam maiorem, habet autem tonos maiores tres, minores duos, semitoniam maiora duo, dum dicta A B esse tonum intelligo comparari lineam A K, cum linea BK, semper vñque ad extremitatem chordæ.

Sexta major continet duos tonos maiores, duos minores, & hemitonium, sexta minor duos maiores tonos, unum minorem, duo hemitonias, sexta maior diuisione harmonice dividitur in quartam & tertiam maiorem, diuisione Arithmeticæ, in tertiam maiorem & quattam, ita vt quarta superiore locum obtineat.

Quinta continet tertiam maiorem, & minorem, & hoc modo dividitur diuisione harmonica, ita vt tercia maior inferiorem locum obtinet.

Tem. III.

neat, in diuisione vero Arithmeticæ tertia maior superiori locum obtinet. Continet iteu quartam cum tono maiori, seu tonum minorem, duos tonos maiores, & hemitonium.

Quarta continet tonum maiorem, tonum minorem, & hemitonium.

Tertia maior continet tonum maiorem & minorem, si dividatur harmonice tonus maior erit inferior, & tonus minor superior. si Arithmeticæ tonus minor inferior erit, tonus maior superior.

Tertia minor continet tonum maiorem, & hemitonium.

Sunt & aliae partes, vi semitonia alia, & diſcas, apotome quæ, quia diuisionis communis octauæ non est eadem modo quo apud antiquos, video ut plurimum evanescunt, & inutilles redduntur.

629 629 629 629 629 629 629 629 629 629 629 629 629 629 629 629

PROPOSITIO VI.


Theorema.

De antiquorum Musica communis, & genere diatonicæ.

Quamvis musica ad eam perfectionem quam nunc habet successivæ tantum adducta sit, operæ premium tamen erit aliquid de antiquorum musica differere, ut intelligantur aliquæ voces, quæ in ea diuisione quæ nunc admittitur, locum non habent.

Antiqui igitur solas consonantias admittebant diapason, diapente, diatessaron, cum igitur diuidenter diapason in quintam, & quartam, ita vt quinta inferiori loco inueniretur, & quarta superiori, ut versus acutiores sonos; quoties neque diuidetur harmonice eo modo quo diuimus, vel arithmeticæ & tunc quartæ inferiorem locum sibi vendicaret; ideo totam suam mucicam his numeris comprehendebant 12, 9, 8, 6. ita vt 12, ad 8 esset quinta, 8 ad 6 esset quarta, 12, ad 9 esset quarta, 9 ad 6 esset quinta. agnoscabant item tonum maiorem 9 ad 8, ex cuius repetitione cetera supplebant intervalla, quæ nimis magna videbantur, ex quo multæ aliae partes oriebantur quas modò, altera diuisione instituta ignoramus, vt autem quid de antiquis tentiendum sit aperiamus, diuidetur chordam aliquam, vt ex eius diuisione totum intelligamus systema antiquorum, non quod vñca tantum vteretur chorda; sed quod cum foliis longitudinis chordarum rationem habeamus; supponit vñca chorda cuius partes, & soni ab iis prodecentes cum totâ & eius soni comparentur; certi esse possimus cetera esse paria, tempore tandem semper esse crastinum, & tensionem.

Conuenient omnes primam diuisionem octauæ, seu diapason suist in quintam, residua quartæ.



tā ut si tota chordā A B. dīmī latū bifariām in C, sītque tertiā eius pars AD. si totius AB sonus comparetur, cum sono, quem edit dimidiā pars CB, illi duo soni convenient in octaua, & se habent chordæ vt 2 ad 1, si totius autem chordæ sonus comparetur cum sono partiis DB qua duas tertias continet, erit quinta; DB autem comparata cum CB, contineat in quarta.

Sit AE quarta pars totius AB, comparetur sonus totius AB cum sono partiis EB, quia chordæ se habent vt 4, ad 3, convenient in quarta. EB autem cum CB, quia se habent vt 3 ad 2 convenient in quinta. Ē B autem ad DB se habet vt 9, ad 8, exurgit igitur tonus qui maior apud nos existit, apud veteres solus agnoscerebat, quare interuala AE DC diuidebant in duos tonos maiores, & aliquid relinquebatur, quare ex linea A B abscondit pars eius nona quae sit A F. si pulsetur tota A B, deinde supposito discernibiliō in F, FB sonum edat, fuerit factus ascensus per vnum tonum, item si ex FB auferatur pars nona FG, si sonet sola GB, si est ascensus per alium tonum maiorem, si autem comparetur GB, cum EB erit ascensus per partem aliquam, quam vocaverunt Leimma, eō quod ablati duobus tonis AE, FG, ex quarta A E, relinquetur G E, et autem ratio GB ad EB vt 19, ad 18, minor ratio, quā nostrī heritonij maioris, eā est vt 16 ad 15, singulos autem tonos diuidebant in hemitonium maius, quod Apotome vocauerunt, & dieſis, hemitonium maius non erat idēm cum Leimmacē, sed paulo maius ut si fiat vt 17, ad 16 ita AB ad HB, aut FB ad IF, erint diuiti toni A F, F G in suas apotomes AH, FI, relinquetur autem dieſis HF, IG, erit autem HB, ad FB, vt 17, ad 18, non multum igitur differunt Leimma, dieſis, apotome. Apotome maxima est vt 17 ad 16 deinde dieſis vt 18 ad 17, minimum Leimma vt 19 ad 18, atque hinc sufficere possunt ad genus diatonicum explicandum, puto enim alia genera non inventa esse, antequam perfectior diuilio inventa esset.

629 629 629 629 629 629 629 629 629 629 629 629

PROPOSITIO VII.


Theorema.

De tribus Musicis antiqua generibus.

Fuisse tria Musices genera apud antiquos nemo dubitat, nempe diatonicum, chromaticum, & enharmonicum, quomodo vero se habuerint huiusmodi genera non est ita facile determinare, diatonicum igitur puto dictum, quod tonos non diuidet in duas apotomes, & dieſes, sed simpli- citer per tonos, & Leimma procedet, ut si organum pitaulicum construamus in quo non diuidemus tonos, in suas vt vocant ſectiones, diatonicum eſſet vt ipſa vox ſatis notat, licet enim poſt duos tonos, aut tres inueniantur Leimma, haec non impediunt quod minus genus dia- tonicum ſit, nam ſi ſoli toni adhiberentur, nulla quarta inuenientur, nulla quinta, immo ex tonis maioribus ſolis octaua conſolare non potest; ideoque necessariō Leimma interfertur sunt, que respondent distantias que inueniuntur in communi ſystemate hodie recipio, inter mi & fa, ita vt

duo necessariō Leimma in quālibet octaua inueniantur, haec autem Leimma non continua esse poſſunt, ſic enim turbaret ordo conſoniarum, ſed cum in quālibet octaua inueniantur quinque toni, & duo Leimma, debent alterna- tive poni duo toni & vnum Leimma, & tres toni & vnum Leimma.

Systema antiquum duas tantum octauas conti- nebat; voluerunt autem diuidere duas octauas in quatuor tetrachorda, que quidem ſi continua erint, hoc eſt ſi finis vnius tetrachordi, idem effet ac initium alterius, non perſeruentur duae octauae, ideo tertium tetrachordon diuilio eſt à fecundo, vel in hiis quia poſt primum Leimma ſunt duo toni, & poſt ſecondū Leimma ſunt tres toni, ideo neceſſarium fuī propter tres tonos conſequentes, relinquere vnum tonum qui ad nullum tetrachordon pertinet, & quā diſun- gere vnum ab alio, ſpatiō vnius toni, ſatiū fuillet diuidere quamlibet octauam in tetrachor- don & pentechordon, ſeu in quartam, & quin- tam, ſed voluerunt feruare ſuam diuisionem, ex qua ſequitur etiam relatio vno tono in medio qui ad nullum tetrachordon pertinet, & adiuve deſe- cife ad duas octauas vnum tonum, unde chordam aliam adiunxerunt ut eſſent duae octauae in- tegrae, eamque ~~per~~ ~~ad~~ nominarunt.



MONOCHORDVM DIATONICVM,

Sue naturale.

Tetrachordon.	Nete Symenenoī. <i>Tonus.</i>
Synemenon.	
Synemenon.	Paranete Synemenon. <i>Tonus.</i>
	Trite Synemenon. Hemitonium. <i>Mefē.</i>

Nete Hyperboleon.	Tetrachordon.
Paranete Hyperboleon.	
Trite Hyperboleon.	Hyperboleon.
	Hemitonium.
Nete Diezeugmenon.	Tetrachordon.
	Diezeugmenon.
Paranete Diezeugmenon.	Tetrachordon.
	Diezeugmenon.
Trite Diezeugmenon.	Tetrachordon.
	Diezeugmenon.
Lichanoī Mefōn.	Mefōn.
Parhypate Mefōn.	
Hypate Mefōn.	
Lychanoī	

Lychanoī

Lichanos Hypaton.	
Tonus.	
Pathypate Hypaton.	
Hemit.	
Hypate Hypaton.	
Tonus	
Proflamuanomenos.	
	Tetrachordon.
	Hypaton.

Supervacancem puto rationem reddere omnium appellationum. Tetrachordon.infestus quidem Tetrachordon dicitur principalium, quia in Musica toni grauiores principiatores sunt, & quod mitum est, licet acutiores videantur fortiores; si quis tamen a longe musicam audiat, sonos grauiores prius audiet, quam acutiores. In Tetrachordis inferioribus distinctio fit per principalem principiam. vicinam principali, indicem principiam. hypate autem mediari ad utrumque Tetrachordon pertinet diligenter notandum est Tetrachordon Synemenon adiectum esse, & quasi aptatum propter rationem satis manifestum. eandem nempe propter quam in musica nostra distinguimus duo quali genera canendi, quorum unum b molle dicitur, aliud vero b durum, petitus autem hoc distinctio praepice ab intitulantis musicis, que si sola voce humana caneremus non esset necessaria, nam fatus infra explicabimus, indicare tamen expediet. In genere diatonicum post duos tonos interferitur unus Leimma seu hemitonium maius, & rufus post tres tonos alterum Leimma ponitur, sunt aliqui cantus compositi pro ea parte systematici in qua post duos tonos est unus Leimma, quare praecipue dum instrumenta cum humana voce aptantur, vt possit illi chordis in quibus post tres tonos interferitur Leimma aptari, diuidit unus tonus in hemitonium maius, & minus, quod vt intelligatur ponamus secundum voces in nostra musica visitatas distariantur a voce M 1, ad F aesse Leimma, seu semitonium maius, & aliquis incipiendo a pathypate meson, velut dicere vt, re, mi, fa, nisi vtar tetrachorde synemenon hoc non posset, quia a meso ad paramelen est tonus int, gen, ideoque recurrentem est ad tetrachordon synemenon, nam a meso ad tertium synemenon est Leimma, seu semitonium maius, & tunc rufus vsque ad paramelen erit tonus integer, vnde iustus tetrachordon tres habet chordas eadem aut unisonas, chordis tetrachordi diezeugmenon: nempe meson, paramelen, & netem ideoque in instrumento addendo unicam nempe tritum synemenon, & relinquendo paramelen diezeugmenon, absoluimus illud tetrachordon, vt in organo musicali dum canimus per b molle post Amilare, assumimus chordam b mollis, & preterimus chordam b duri, & incidimus in C sol vt cum communione utriusque generi, extera sunt similia, utimurque iisdem chordis.

Diuferunt autem totum systema in tetrachorda, quia ex hac divisione hoc habetur commodi, vt qui unam tetrachordon intonare didicet, totum systema absolute possit.

PROPOSITIO VIII.

Theorema.

De genere Chromatico, & Enharmonicō.

Hæc duo systemata semper existimata sunt præstantiora genere diatonicō, & aliquid subtilioris doctrinae continent. eodem autem modo extensa erant; duplimentque octauam aequalibant, in quatuor item tetrachorda dividebantur, ideoque chordæ que in diatonicō, aut finiunt, aut incipiunt tetrachorda, exdem immobiles permaneant, in genere chromatico & enharmonicō. Solusq[ue] differentia fuit, quod chromaticum post hemitonium, vice duorum tonorum, habet hemitonum minus & semiditonum. ideoque aliter dividetur quodcumque tetrachordon, nempe in hemitonium maius, hemitonium minus, & semiditonum, si bene rem perpendamus musica nostrâ qua videtur esse dyatonica, genus etiam chromaticum comprehendit. ita vt duobus simul vtratur, verum quidem est quod si in organo pythagorico; foliis albis tadiculis vteremur, eille diatonicum genus, procedens per duos tonos, & vnum hemitonium, deinde per tres rotos, & hemitonium, & subtus nigra quam vocamus b molle interiuntur tetrachordo adiectio synemenon vt autem ex eo fieret chromaticum, debet parvula alba quam D la re fol dicimus abici & pro ea subtus nigra C. item palmala alba G auferri & subtus nigra F. sic enim fieret vt incipiendo ab Amilare, usque ad b. estet unus tonus, deinde ab b ad C. hemitonium maius, à C ad C nigra hemitonium minus à C ad E semiditonum, ab E ad F hemitonium, maius, ab F ad F hemitonium minus, ab F ad A semiditonum. Ab A ad B rufus tonus &c. nos retinimus integrum diatonicum, inferius tamen chromaticum; immò auxilius chromaticum, que omnia videat postfusum in organo pythagorico, & optimū est intueri omnia, nam tota musica ibi extensa certinatur.

Enharmonicum aliter procedit nam; singula tetrachorda ita diuidit vt nullus ibi tonus; sed solum dytonus, hemitonium autem maius diuidit in hemitonium minus seu dixit malorem, & dixit minorem seu enharmonicam.

Que omnia vt melius intelligantur; aliquas diuisiones præmittere debemus. hæc duo ultima genera vistata non sunt nisi post totum maioris & minoris distinctionem. diximus autem supra, facile tonum maiorem inueniri potuisse; est enim excelsus quinta, supra quartam, invenit deinde fuit tercia maior, que est vt 5, ad 4, ex qua si auferatur tonus maior, nempe proportio 9, ad 8. restabit tonus minor 10, ad 9, supponatur enim chorda 60, ad 48 se habere vi 5 ad 4. interferatur numerus 53 $\frac{1}{2}$; ita vt sit eadem ratio 60 ad 53 $\frac{1}{2}$; que 9, ad 8, certum est quod 53 $\frac{1}{2}$ ad 48. erit vt 10 ad 9. igitur habeatur tonus minor, pariter si ex quarta, auferatur dytonus, restabit hemitonium maius. nempe si ex ratione 4 ad 3 auferatur ratio 5, ad 4 restabit 16 ad 15. quod differet à primo illo Leimmate quod erat 19 ad 18: paciter si tono maiori addas hemito-

nium illud maius, habebitur semidytomus seu tertia minor. si auferas semidytomum seu tertiam minorem ex dytono, restabit hemitonium minus seu diaisis maior, quae ablatio ex tono minori hemitonio maior, restat hemitonium minus, seu diaisis maior quae est 15 ad 24, si auferatur autem hac diaisis maior seu hemitonium minus ex majori restat diaisis minor seu enharmonica ut 13 ad 12.5. Comma est excessus quo tonus maior minorem superat estque ut 8 ad 8.0.

Oda constat tribus tonis maioribus, duobus minoribus; & duobus hemitoniorum.

Exachordon maius constat duobus tonis maioribus duobus minoribus & hemitonio.

Quinta duobus tonis maioribus, uno minore & hemitonio.

Quarta tono maiore, tono minore & hemit.

Tertia maior, tono maiore, & minore.

Tertia minor tono maiore, & hemitonio.

Tonus minor diuiditur in hemitonium maius & minus.

Tonus maior in tonum minorem & comma.

Ceteræ divisiones sunt parvi momenti.

PROPOSITIO IX.

Theorema.

Convenientia trium Systematum.

Hæc tria genera inter veteres vñtata ita continentur, ut habeant aliquas chordas communes nempe primam, secundam, quintam, octanam, nonam, duodecimam, decimam quintam que ideo stabiles dicuntur, præterea diatonicum & chromaticum alias aliquas communes habent, que propterea dicuntur neutre.

Vt sunt tercia, sexta, decima, decima tercia, reliquæ mobiles dicuntur.

Procedi diatonicum per duos tonos, & hemitonium, & rursus per tres tonos & hemitonium, & hoc alternati, inserit tonum minorem inter duos maiores.

Chromaticum genus, procedit per tonum maiorem hemitonium minus que duo tonum minorem efficiunt, & per semidytomum, & ita deinceps.

Enharmonicum procedit per tonum maiorem, diaisin maiorem, seu semitonium minus, & diaisin enharmonican, & dytonum, tum diaisin maiorem minorem, & dytonum, atque ita deinceps.

Sunquæ hæc divisiones vocum, secundum antiquos nostra diuisio diatonica est, inferimus autem semitonium minus ex chromatice, datur enim C & C fict. F & F fict. G & G fict. neoterici nonnunquam vocem notatam hoc signo X adidunt que ad enharmonicum spectare videtur.

Credibile est chromatique, & enharmonicum genera non fuisse omnino separata, à diatonico; ita vt non essent coniuncta cum illo in codem instrumento.

TABVLA SYSTEMATVM Antiquorum.

Chordæ	Diatonicum.	Chromati- cum.	Enharmo- nicum.
15	Tonus minor.	Semidytom.	Dytonus.
4	Tonus mai.	Hemiton.	Diaisis min.
11	Hemiton.	Hemiton.	Diaisis mai.
12	Tonus min.	Semidytom.	Diaisis min.
11	Tonus mai.	Hemiton.	Diaisis mai.
10	Hemiton.	Hemiton.	Tonus mai.
9	Tonus mai.	Tonus mai.	Dytonus.
8	Tonus min.	Semidytom.	Diaisis min.
7	Tonus mai.	Hemiton.	Diaisis mai.
6	Hemiton.	Hemiton.	Dytonus.
5	Tonus min.	Semidytom.	Diaisis min.
4	Tonus mai.	Hemiton.	Diaisis maior.
3	Semiton.	Semiton.	Tonus maior.
2			
1	Tonus mai.	Tonus mai.	

Si quis genus nostrum cum diatonico veterum aptare velit, dicendum est additum nostro vnam chordam, nempe diatonicum vetus incipere ab Amilare, cui additum γ Graecorum.

Notandum autem est genera quacunque monochordis inseriri solita, nempe diuidi vnam linéam cuius partes, successivè omnes tonos, vñpatos in tali genere referent.

PROPOSITIO X.


Theorema.

De Monochordo naturali Diatonico, eiusq[ue] defelibus.

Notandum est, id quod iam suprà notatumus; Monochordum naturale diatonicum, seu syste-
ma musicum per duos tonos & hemitonium, &
per tres tonos, & hemitonium alternati pro-
cedere, nam omnes soni qui in musicâ adhiben-
tur, in chordam ita transferti possunt, ut eius
partes singulos musicâ tonos dicant. Sit enim
chorda aliqua parvum 60, licet totam non exhiberimus patrum inter se si hæc tota pulserit ali-
quem sonum producet vocet ille sonus C, aut
C sol ut FA, ab illa si partem decimam auferas,
que sit, sol la, si supposito fulcro, incipiendo à
puncto LA reliquum chordæ nempe partes 54
impellat

impellas, audiens alius sonus. distantia autem istius secundi à priori, erit unius toni. posui tantum diuisiones vique ad octauam, licet systema commune musicum adhuc addat iij voces. hoc est fere tres octauas, immò maximum systema quatuor octauas comprehendat, procedit autem alterius per duos tonos & hemitonium, per tres tonos, & hemitonium, aliqui autem canus seu cantilene violent tres tonos, & hemitonium, & posse duos tonos & hemi, alia vero incipiunt à duobus tonis, & hemitonio, exinde tres adiuncti tonos & hemitonium, que fuit ratio distinguendi b molle à B durò, non quod quelibet cantilena in qualibet genere cani non possit, sed quod nisi ea distinctio fuerit, non posset cani supra in-

strumenta, in vocibus & chordis accommodatis voci humanae, vt autem meam mentem apriari, consideramus ultimam lineam quam B durum nominamus, siueque aliqua cantilena canenda in instrumento, que requirat duos tonos & hemitonium, & cursus tres tonos, & hemitonium, hæc cani posset in littera C. in B duro, dices enim vt restonus, re mi tonus, mi fa, hemitonium, FA sol tonus; sol la, aut sol re tonus; re mi tonus, mi fa hemi. ponamus instrumenti chordam C esse accommodatissimam voci humanae, & propone canilenam que contrario ordine procedat nempe requirat tres tonos & hemitonium, & cursus duos tonos & hemitonium, si diuisientibus eiusdem B duri utendum esset tantam cani posset



in littera F, siueque posset vt hæc corda F esset nimis alta, id estque humana vox illi facile accommodari non posset, recurrendum esset ad diuisiones B molles, & vietnam eadem chorda C. vides autem B tenuum & B molle in omnibus fere conuenientiis in littera B, in qua B durum tardius ponit sicut hemitonium maius, & etiam in littera G, differenti enim vñ commate, utique autem diuisio sine B molli, sine B duri, in multis deficitur, sapientem accidit propter diuisionem tonorum maiorum, & minorum vt consonantias que videbantur bona deficient, consideremus igitur viam diuisionem verbi gratia B duri, prima quinta que occurrit nempe G D falsa est, vno commate vñ quinta vera, continet tonos maiores duos, viam minorem & hemitonium maius, hæc autem G D duos tonos minores habet, secunda qua occursit est AE, que bona est B F est falsa, nemo dubitet, CG, DA, FC bona sunt, quare si possit occursit huic incommodo, quod quinta G D ut falsa, haud dubie perfectius esset systema.

Pariter si rationem habemus tertiarum minorum, multa inueniemus incommoda nam AC est bona tercia minor, constans tono malore & hemitonio, sed B D falsa est quia tonus C D minor est, quod si interteremus diuisiones tonorum quotiescumque inciperemus à tono minore & desineremus in hemitonio toni sequentis toties esset falsa tercia minor ut accidit in Gb & accideret in aliis diuisionibus tonorum maioriorum post tonos minores positotum, ant quoties tonus minor proximus est hemitonio maiori.

Sunt igitur duo incommoda nempe defectus vnius commatis in vna quinta, & defectus in quanplurimiis tertii minoribus, aut etiam aliquando in maioribus.

Huic incommodo obuiam eunt nonnulli duas chordas in D la re sol, & G RE sol ponentes, vt cum libuerit huiusmodi toni, qui minores sunt maiores evadant.

Et poto hoc modo posse aliquid boni fieri, sed non vitatur illud incommodum, quod toni maiores ex hemitonio maiore, & hemitonio medio consistunt, minores vñ ex hemitonio maiore,

& hemitonio minore, que differentia aliquam etiam confusione patere potest, nempe quod aliquando requiri videatur, vt hemitonium maius sit in superiori loco toni, aliquando in iuxta que omnia sunt incommoda, vnde aliqui voluerunt vñ in qualibet tono duas fierent diuisiones, vna que hemitonium minus inferiori loco collocaret, vocantesque b molle, in quoconque tono, & littera inuenirentur; alia vero que diuisio in inferiori loco poneret, & hoc aliquando in organo musico vñ in praxi defuc, cum maximo tamen incommodo, licet in Emilia vidi hoc cum maxima utilitate usurpatum, vnde opus fuit correctione.

PROPOSITIO XI.


Systema commune Guidonis Arethin.

Guido Arethinus Benedictinus monachus, & egregius musicus, paulo alteri totam musicas methodum concinnauit, quam hæc & sequenti propositione, vt utilissimum ad hodiernum canendi modum explicabo, atque hic solum systema eius, diuisionemque monochordi explicabo. Ille igitur cum videret vincum tantum deficeret comma in vna quinta nempe ea quæ est G D, in diuisione B duri, & in diuisione b molliis C G, ita propter aliud comma in alto tono minori, plurimas tertias minores nonnihil à vñcessu deficeret, hunc primum commatis defectum, ita in omnes quintas distributus, vt revera, non esset sufficiens distantia, inter grauiorem quintam sonum, & acutiorum, sed tam parua esset distantia vt vix sensu percipi posset. Et hoc in instrumentis p̄cipue musicis, nam quis vox facile attollit, aut demitti potest, quoconque systemate propositiō, si quinta non exacta proponantur canenda; facile cantor eam perfectam reddet, auditaque comparte vocem attoller aut remittere vñ commate si necessarium fuerit. At vero instrumenta musica, qualia sunt organa nostra, immobilia perseverant, vnde si fuerit error notabilis, immotus, & notabilis perseverabit, quare satius indicavit insensibili-

Iem errorem in singulas quintas inuehete, quam carere vna quintā, vnde in hoc systemate nulla toni maioris, aut minoris habetur ratio, sed omnes toni æquales sunt, difficile enim non fuit reddere tonos æquales: nam cum diotonus sit vt 5. ad 4 aut si velis in maioribus numeris exhibere vt 60 ad 48. si quæras numerum medium proportionalem geometricæ, habebis quantitatem toni nempe vt 60 ad $53\frac{1}{2}$, sed adhuc neque invenies præcisa ea ratio, quia alteratur quantitas tertiarum maiorum, cō quod intervallum quintā-

rum nonnihil decurritur, non possum autem id melius exhibere quam ostendendo modum, quō aptaurit fistula in organo communis pithaulico, quō nempe ad consonantiam reuocantur, puta enim in abaco illa palmularium, totam vulgarē musicam, totumque systema diatonico chromatice non explicari tamquam; sed etiam oculis subiici, non incipiunt autem à littera G, sicut prius sed à littera C. hæc enim prima est in abaco pithaulico.

In hac figura commune monochordon com-



patio cum monochordo Aretini, ad cuius Ideam organa nostra Pithaulica concinnantur, soloque tonos, & hemitonias confero, differoque viteriores diuisiones ne confusionem pariant, prima linea monochordi communis duplice habet diuisionem nempe B mollis, & B duri, ita ergo instituimus diuisiones Aretini prima quinta que occurrit vt CG que in B duro optime est, in B molli deficit uno commatis, minuatur tantillulum verbi gratia vna quarta parte commatis, secunda quinta sit GD que in B duro deficit uno commatis, incipiendo autem à G Aretini deficeret tantum tribus quadrantibus commatis, fiat secunda quinta adhuc non nihil deficiens eritque D aretini uno semicommate alijs, quam patitur, tercia sit D A quæ in serie B duri contumis optima erat, si paulo minor, si haberet totam suam extensionem incipiendo à D aretini atolleret A uno semicommate, sed fiat deficiens erit A nimis alium vna quarta parte commatis, quinta AE in monochordo communis optima erat, si haberet totam suam extensionem quia Aretini est nimis alium, nempe vna quarta parte commatis, si fiat deficiens erit E in suo proprio loco, Quinta EB in linea B duri communis est bona, & cum E sit in suo proprio loco vt si deficiens B descendat vna quarta parte commatis, quinta FG que in communis monochordio erat bona, si fiat deficiens atollit chordam F vna quarta parte commatis, quinta BF que optima erat, vt fiat deficiens cum chorde F sit iam nimis alta vna quarta parte, atollit chordam b molliis dimidio communis, ex quo fieri potest hæc tabula.

In proprio loco C & E.

Nimis alta quarta parte commatis A, F.

Nimis altae dimidio commatis D, b.

Nimis graues quartæ parte commatis G, B.

Iam habemus omnes quintas deficientes quartæ commatis aut saltæ circiter, neque enim hic nimis immorior, ostentat autem fiant exactæ, nam vel minimus in octauis defectus sit, intollerabilis.

Consideremus modo dytonos seu tertias maiores cum C & E sint in propriis locis tercia CD est exacta, patiter cum G b sint æquilater nimis graues, erit hæc tercia exacta, item dico de dytone bD, item de dytone FA, neque alia tercia maior occurrit sistendo in diatonico, licet aliae plures occurrant, recurrendo ad chromatricum, hoc est diuidendo tonos in sua hemitonias.

Examinandæ item sunt omnes tertiae minores, seu semiditonii, prima quæ est D F; cum D sit

nimiris altum semicommate, & F tantum quartâ parte commatis, est distanta deficiens quartâ parte commatis. Idem dico de EG, cum enim E sit in proprio loco, & G, nimis graues quartâ parte commatis; tercia minor E F deficit vna quartâ parte commatis, semiditonius G b, cum GA commune sit tonus minor & ascendet A quartâ parte commatis, & G descendat quadrante commatis erit G A fere tonus maior, ab eo deficiens dimidio commatis, b molle nimis altum est dimidio commatis, quare G b erit tercia minor nimis patius deficiens a vera, quartâ parte commatis, tercia minor bD iustæ est, tercia minor bD deficit a vera, quartâ parte commatis, cō quod CD in serie communi esset tonus minor.

Iam ad diuisiones tonoram in sua hemitonias veniamus, diuidi autem debent CD, DE FA, GA ita autem diuidiuntur sit Eb, b, quinta ex more deficiens quadrante commatis. Item fiat alia quinta in qua b inferiori locum & F superiore obtinet. Item alia in qua F *, inferiorum & C * superiore obtinet, denique ultima que sit C *, & G * omnes deficiant quartâ parte commatis, examinandum autem est quid ex illis sequatur.

Primum si quaratur quid fiat ex quinta b, b. cum E sit in loco proprio & b sit nimis altum uno semicommate erit Eb vna quarta, & insuper semitonio maius, & dimidium comma contingit, & ad perficiendum tonum integrum maiorem qui requiritur erit s. b. E hemitonium medium, minus semicommate, erat autem ED tonus maior minus semicommate, cum chorde D actione sit quam patitur semicommate, igitur D, E s. b. est id quod tenuiuit ex tono maiore, ab eo semitonio medio, nempe semitonio maius, sed adhuc hæc quinta facta est minor vna quarta parte commatis, igitur DEC, est hemitonium maius cum quadrante commatis, cui si addatur CD tonus minor cum dimidio commatis erit C EC tercia minor minus quartâ parte commatis, est ergo E s. E, hemitonium minus, cum quadrante commatis & D, E s hemitonium maius cum quadrante commatis, & C, EC, tercia minor deficiens quartâ parte commatis.

Ex quinta BF *, ex C, ad G, est quinta deficiens quadrante commatis, item supponit æquale quintæ, BI *. igitur intervallum F *, G est æquale (secundum proportionem loquor) spatium BC, cum autem C sit in proprio loco, & B chorda nimis graues quadrante commatis, sique BG ex natura sua semitonium maius, erit spatium

F*, semitonium maius cum quadrante commatis, est autem FG tonus medius, cum G defensat vno quadrante, & F ascendat alio item quadrante, erit ergo interallum F, F*, semitonium minus cum quadrante commatis. F*, A tercia maior deficiens quadrante commatis, intervalum E, F* erit tonus medius, tercia autem minor E, B, F* non est bona, quia tono medio E F* additur tantum semitonium minus Eb, E.

Sit rursus examinanda quinta F*, C* que deficit à vera consueto defecatu, sicut & quinta FC, aut GD, ergo pariter interallum C C* est hemitonium minus cum quadrante commatis, & C D, hemitonium maius cum quadrante commatis. Idem ostendit de interallis GG*, & G* A.

Intervalum autem G*, Eb, quod videtur esse quinta non est, quia interallum G, G*, & D, Eb, quae duo componebant unum tonum, sunt duo semitonia maiora etiam aucta quadrante commatis, ut autem omnia complectantur.

CD est tonus medius.

DE tonus medius.

EF hemitonium maius abundans uno commatis quadrante,

FG tonus medius,

GA tonus medius.

AB tonus medius.

A b hemitonium maius abundans vno quadrante commatis,

b C tonus medius.

BC hemitonium maius abundans uno commatis quadrante,

CC* hemitonium minus abundans uno commatis quadrante.

C*, D hemitonium maius abundans quadrante commatis.

D, E b hemitonium minus cum quadrante commatis.

EF hemiton. mai. cum quadrante commatis.

FF* hemiton. min. cum quadrante commatis.

FG hemiton. mai. cum quadrante commatis,

GG* hemiton. min. cum quadrante commatis,

G*, A hemiton. mai. cum quadrante commatis.

Ab hemiton. mai. cum quadrante commatis.

b B hemiton. min. cum quadrante commatis.

BC hemiton. maius cum quadrante commatis.

Ex quo vides diuersi atollere sonum per hemitonium maius abundans, & b molle deprimitre sonum per hemitonium maius abundans, vel si velis comparare diuersi, & id quod vocant b molle, cum sono grauiori antecedente. distanta foni grauioribus ad diuersum est per hemitonium minus abundans, & distanta toni ante, à b molli est hemitonij maioris abundantis, seu toni medij CD, FG, GA dividuntur per suas diuersas, ita ut semitonium minus abundans locum inferiore obicitur, & semitonium maius superiorem, toni autem medij DE, AB dividuntur per b molle contraria modo, ita ut hemitonium maius inferiorem locum obicitur, hemitonium minus superiorem, nota tamen huiusmodi diuisiōnū assignantur chordis inferioribus, quando est diuersus, ut dicantur atollit. & quando est b molle bimbiuntur chordis superioribus, ut dicantur deprimiti.

Explicande item sunt alias omnes consonantiae, C, Eb est bona tercia min quia post tonum medium sequitur hemitonium maius abundans, ideoque deficit illi quadrans commatis ut sit iusta.

Tertia minor DF bona est deficiens quartam partem commatis.

Tom. III.

Tertia minor E C, F* non est bona, quia EF* est tonus medius, & C E est tantum hemitonij minus.

Tertia min. EG bona est, deficiens ex more.

Tertia minor FG* non est bona, quia G, G* est hemit. minus.

Tertia minor F, *A bona est deficiens.

Tertia min. GB bona est.

Tertia minor G* B bona est.

Tertia minor AC bona est.

Tertia minor bC*, non est bona.

Tertia minor BD bona est.

Ex quo deducatur potes rationem, cur dum quinta aliqua diuiditur in tertiam maiorem, & minorē, si diuersio cadat in diuersum, tercia minor superiorē locum obicitur debeat.

Tertia mai. CE iusta est.

Tertia mai. C*, F non est bona quia C*, D, EF sunt semitonia maiora abundantia.

Tertia mai. DF* bona est.

Tertia mai. e, G bona est.

Tertia maior EG* bona est.

Tertia maior FA bona est.

Tertia maior F*, b non est bona quia F*G, & AB sunt semitonia maiora.

Tertia maior GB bona est.

Tertia maior G* C bona est.

Tertia maior bD bona est.

Tertia maior B E ē non est bona.

Quarta CF bona est, sicut C*, F*; D, G; E, A; F, b, jF*, B; GC, G*, C*; A, D; b, Ec; BE, E*, G*, non est bona.

Quintae sunt omnes bonae præter G*, E*, ideoque ne deficit haec quinta, palmarum nigrum Eg aliqui in duas diuidunt quarum vnā habet notam Eb, alia D*, & tunc quinta G*, D* bona est.

Sextae maiores CA, DB; Eb, C, EC*, FD, GE, G*, F; bg B*, bona sunt.

Sexte maiores male C*, b; F*, Eb; A F* omnes octauae bonae sunt.

PROPOSITIO XII.

Modus corrigendus vltius Aretini monocordion, secundum organa Pythagorica ad concentum renovemur.

Quamvis Aretini systema, ut iam superius dixi, omnes tonos aequales supponat, dum canitur tamen naturaliter, voces, vel paulisper atolluntur, vel deprimitur, perfectaque consonantias edunt, & exactas, non diminutas, ideoque quemque correctione adiubatur, haec musica potius organa, & adhuc non omnia spectat, quam canendi, aut intonandi methodum, nam lira quæ Gallice Violon, dicitur, potest facile, vel tantisper atollere, vel deprimere quemcumque tonum, dum manu sinistrae digitis, chordæ tanguntur, id autem præstare non potest maior lira, quam item Gallice Vole dicimus, ed quod certas & fixas habeat diuisiones, quæ ad libitum motari non possunt; multè minus Pythagoricum nostrum organum aut fidicula, quod Espinetæ dicimus, utrumque enim habet fixas & fixas voces quæ immutabiles sunt; ideoque iam ab initio ad concentum & harmoniam adduci debent, & primò quidem methodum affingebant, quæ organorum Pythagoricorum fistulæ ad concentum adduci debent, ut autem quæ dicturum sum intelligantur ab acum palmarum communium clavocymbalorum, & organorum hic subiicio.

C

Primo



Primo ergo omnes fistulas que palmula C respondent ad octauam sibi inuicem respondeant, esinde C cum G in quinta concordet, diminuta tamen non nihil, nam aures eorum qui aut organa, aut clavosymbala ad concentum adducere suscipiant, debent esse docte ut quartam partem communis percipere possint. Et primo quidem duas fistulas verbis gratia C & G, ita ut C sit grauior, ad perfectam quintam adducunt, deinde fistulas G nonnulli grauiorem reddunt, donec tunc per trement, soni, & quasi ut ita dicam nonnulli pugnent inter se. omnes igitur fistulas C cum superiori G ad diapente diminutum cogunt, & omnes G ad perfectam octauam, fistulas G cum fistulis D superiori pariter ad diminutum diapente adducunt: & fistulas D inter se ad octauam. D cum A secundum quintam diminutum concordat, sicut A cum E, E cum B, B cum F, & F cum C, atque ibi fistularum.

Rufus fistula C cum F inferiori concordes in quinta, F cum b, pariter inferiori, b cum Eb pariter grauiori secundum quintam diminutum concordet ut autem subiiciam omnia oculis.

CjG, 8 G, 5D, 8, D ♯ A, 8, A♯E, 8, E♯B, 8, B ♯ F, F ♯ C, 8, C ♯ G, FjC, IjF, E♭B.

Quinta autem que videretur esse inter G ♯ & Eb fallit est, quia diaeis G ♯ attollit sonum supra G, una diaeis, seu semitonio minore, & Eb attollit D, semitonio maiore; seu quod idem est deprimit E, una diaeis. Ex quo fit ut nonnulli palmulam Eb diuidant in duas quartas una habet notam D ♯, alia vero notam Eb ut haec quinta non deficit.

Quod ut intelligas notandum est quoties tonus aliquis diuiditur verbis gratia, interuallum quod est inter D, & E, duplifici modo id fieri posse, cum enim tonus diuidatur in hemitonium maius, & minus, potest fieri ut hemitonium maius, superiorum locum obtineat, & hemitonium minus inferiorem, ut accident dum inter D & E, ponitur palmula D ♯ vel ita diuidi potest idem interuallum, ut hemitonium minus locum inferiorem obtineat, & minus superiorum quod accidit, si inter D & E ponatur palmula Eb.

Ex quo vides in divisione toni C, D cum palmula nigra que inferior sit C ♯ attollens sonum C secundum unam diaeis diuidi interuallum, ita ut hemitonium minus inferiorem locum obtineat, hoc est à C ad C ♯ et hemitonium minus, à C ♯ ad D et hemitonium maius, à D ad Eb, hemitonium maius atque adeo ibi duo hemitonium maiora sequuntur, & interuallum quod est inter C ♯ & Eb non est tonus sed aliquid minus tono, idem dicendum est de interuallo quod intercedit inter G ♯ & b.

Ex hac notatione colligete potes quotiescumque cantus aliquis transfertur, quod in organo pythagoricis fatis communiter usurpatur, hoc est nota que verbis gratia, in C dicenda fuerat dicitur in D, vel in E, fieri errorem aliquam-

nempe diaxes assumunt pro b mollibus, & viceversa b molles pro diaxibus.

Vnde si quis organum paulo perfectius habere vellet in quo perinde esset a quacunque palmula incipere, hoc est translationes nihil interturbarent, palmula nigra dupliceandae essent, ita ut una diaeis haberet, alia b molle, atque adeo inter C & D duplex inserteretur nempe C ♯ que iam est, & Eb inter D & E duplex nempe D ♯ & Eb inter F & G istarum duas F ♯, & G ♯ inter G & A ita duae G & Ab, denique inter A & B, istarum duas A ♯ & b.


Si tamen vltius vellet aliquis defectum corrigerem quinaria que diminuit sunt, ut debet duplex G apponere, nempe unum, altius alio uno commate ita ut si quadratum quinta que est inter C & G, altiori etendatur sit, si vero quadrata sit quinta quo est inter G & D, inferiori, multe aliae in hunc modum correctiones adhibendae essent, quas exactius persequi longum esset, & forsitan inutile, fieret enim nimis difficultate istud instrumentum.

PROPOSITIO XIII.

Fistularum organi Pythagorici proprietate.

Explicitis consonantis, & monochordi Atticiniane divisione, antequam vltius in musicis explicatione procedam, fistularum proportionem quo ad longitudinem exhibeo, cum facile ex ea erat. Notandum autem oris seu tubi amplitudinem in fistula, non multum sonum attollere, aut deprimer, licet multum faciat ad soni intentionem quod ut explicitum notandum est in Pythagorici organis, esse ordines alias aliis vehementiores, concordet tamen & ynsones, illae igitur fistulas vehementiores, seu intentiores sonum edunt, que maioris sunt oris, seu caustatis; ceteris partibus, ex vero remissiore sonum producent que sunt graciliores, longitudo autem fistula est mensura grauitatis, debet ergo felix vna fistula quasi balis & fundamentum rotius ordinis; immo operpretium erit, si tonus ut vocante organi sit ad vocem humanam accommodatus, vidi enim aliqua organa eo quod in eo deficerent maxime incommoda, organum autem erit bene ad voces humanas accommodatum si fistula que palmula C, responderet sit duorum quatuor, vel octo pedum regiom, & vt mensuram aliquam certam exhibeat sit fistula cuius longitudine ad extemitatem sit A B, praeclie, (follis enim resonans habetur ratio) erit una ex palmulis C, haec enim continet semipedem fere, falem undecim digitos cum dimidia, quare si ordo fistularum, sit duorum pedum haec terciaria palmulum C obtinebit, si sit quatuor pedum, haec fistula quartae palmula C respondet, si ordo esset octo pedum haec fistula A B esset in vteima palmula C.


Quotit autem, data longitudine ynius fistula-



le assignare longitudinem reliquarum pro toto ordine. Et primo quidem data hac fistula AB, si queras grauorem, que sit eius octaua, duplicetur longitudine AB, si disdiapason quadruplicetur, si tripli-disapason sumatur longitudine AB octies, atque ita deinceps in proportione dupla, si fistulas altior-

rem per totam octauam desideres, sumatur dimidia AB, atque ita deinceps.

quotiescumque incipitur aliquis cantus, qui se habet per modum ut ita dicam orationis aliqui-
us, perferunt in mente nostra, memoria illius iniicij, quasi termini alicuius, & secundum illud initium in aliis aut aliis notis debent fieri pausae, & interpolationes, in quibus nonnulli sustinunt, & respiciunt; sicut enim non videtur spiritu potest soluta oratio recitari; sed in sua membra distinguuntur; ita etiam ea oratio quam cantus ornatur, & comitur, suas interpunctiones habere debet; in quibus ut iam dixi nonnulli immoratur oratio, voces igitur in quibus sustinut non se habent utrunque cum prima illa voce, quae fuit orationis musicalis initium, quia enim hec quae primo prolata est animata prima impellit, perferunt in intellectu aliqua eius memoria, ex quo fit ut ad eam reliqua in quibus praecipue sustinut exigantur, atque ad quolibet modo affigantur aliqua voces in quibus praecipue immorandum est, & qua cum prima illius modi voce concordare debent, nulla autem melius confona est quam quinta, id est modi in quibus ut plurimum in esentis quinta assumitur, aut octaua, illi authentici & principales vocantur, si vero in aliquo modo potius vitetur quarta vox, quam quintam, quia quarta non ita grata auribus accedit, ac quinta; si dicuntur plagales, minus praecipui ut hi exponatur haec octauae species quo ut vocem C incipiunt.

tia, assumatur sexta nempe La que est tercia inferior, fieri modus plagalis, seu minus praecipius, quod adhuc veteris explicabo.

Dubitatur a multis an antiquis pluribus, & diversis vocibus institueretur musica: hoc est an plures simili partes canerent seu haeret bassus, superius, tenor, & contratenor; an vero omnes si-
mul

tul idem canerent, ita ut nulla inter cantores differentia intercederet, nisi quae nonnunquam inventur, dum simili pueri cum viris concinunt, ad oclavam enim ascendum pueri, interea dum inferiores tonos percurrent viri. huius distinctionis apud antiquos nullum extat vestigium, quomodocunque autem res se habuerit, certum est fieri posse Musicam antibus etiam iucundam, in qua baslus, & tenor, immo etiam contratenor in eadem semper voce, seu tono perseverent, interea dum superius omnes suae oclavae tonos & hemitonios petetur, tunc autem artificium in eo positum erit, ut nunquam superius sitat, nisi in vocibus quae sine confusione comitis in quibus baslus ceteraque partes perseverant, puto hanc modorum distinctionem, maximè ad hoc Musica genis fusile inventam, causationes & leges cantum, ut ne unquam extra modum seu oclavam abeat Musica; aut alias assumat cadentias, quam quo proprio modo convenient, hinc maxime speciei musicæ accommodatas fuisse quod autem visitatissimum sit ille canendi modus, ostendit quam plurimi instrumenta musica nempe lyra quam cœci nostri communiter circumf-

Vt, re, mi, * fa, sol, re, mi,
C, D, E, F, G, A, B,

Vides igitur in hoc diagrammate si oclava BB diuidatur per quintam neutro FB, hanc quintam esse faliam, constat enim duo bus tonis, & duobus hemitonis, quinta autem ut vidimus constat tribus tonis & hemitonio, pariter oclava FF non potest diuidi per quartam inferiori loco positam nam FB est tritonus, quarta autem constat duobus tonis & hemitonio.

Quis sit primus, qui secundus, aut tertius est qualiter de nomine: si alius sit primus apud antiquos, alius est primus apud Neotericos. Et primo quidem certum est antiquos non habuisse duodecim modos, sed tantum octo, sicut etiam in canu Ecclesiœ octo tantum modi seu toni agnoscuntur, si tamen modus apud antiquos sit idem ac apud recentiores quod alessio Boënius dum dicit modum illæ speciem oclavæ, primo igitur illæ assignabio secundum mentem autem quorum. Deinde propter recentioribus distinguuntur.

Vt, re, mi, * fa, sol, re, mi, * fa, re, mi, * fa, sol, re, mi.
C, D, E, F, G, A, B, C, D, E, F, G, A, B.

Primus modus antiquorum est oclava quæ incipit in D & terminatur in alio D, diciturque ab antiquis Dorius, qui alhibebatur in rebus gravibus, hincque modum admittiebat Plato, ut potius qui virtutem producat, hic modus authenticus est; cadentia A. & F.

Secundus modus Hypodotius descendit infra Dorium vna quartæ, ideoquæ erit AA, vtrum tamen cadentia primi, præcipue vero ipso, D quod respectu vocis A est quarta, cadentia igitur D & F.

Tertius modus qui etiam authenticus est, dicitur Phrygicus, apiftimus ad iam concitandam erit EE, cuius cadentia B, & G.

Quartus hypophrygicus incipit in B habetque pro cadentia E, & G.

Quintus etiam authenticus tristitia accommo-

runt, in qua loco plectri, rotâ ligneâ fides ad sonum impelluntur, pariter musicus utrulus ut vocant organizatus, in quo nempe præter calatum ordinarium, inventantur duo, aut tres Burdones, seu alijs calani in codem semper tono perseverantes, qui mutari propter ut cantus quem calamus auctior percutit, in uno aut alio inventur modò, seu in una aut alia, est diapasonis specie.

Quare puto sufficienter intelligi quare quilibet oclava species dividatur in quintam; aut in quartam, quod primi diuinito authenticos modos coniungit; secunda vero plagas seu minus præcipuas. Et cum sint septem oclava species, conuenient quatuordecim modi institui debereat, septem authenticæ ex diuisione oclavæ per quintâ orti, & septem plagas ex diuisione oclavæ per quatinus inferiori loco positam originem ducentes, quia tamen in toto systemate invenitur una species oclava, quæ per quintam diuini non potest, nempe oclava B B, & alia species oclavae que quarum non habet, sed loco illius tertonum, nempe oclava FF ideo duodecim tantum restant modi sex authenticæ & sex plagas.

* fa, re, mi, * fa, sol, re, mi,
C, D, E, F, G, A, B.

PROPOSITIO XXIII.

De Modis antiquorum.

Non omnes modi antiquorum simul & ab initio in viu fuere, sed quasi sensim inventi, in generali autem authenticæ seu principales fedes impares obiuntem, nempe primus, tertius, quintus, septimus, nonus, undecimus sunt authenticæ, plagas seu minus præcipuas, fedes pares habent secundus ergo, quartus, sextos, octavos, decimus, duodecimus sunt plagas.

Notandum item est quælibet authenticum, plagam vnam sibi vendicare, eam nempe eius initium delendit per quartam infra authenticam, ita ut prima vox authenticæ, sit vna ex cadentia plagalis; vnde plagalis habet fere easdem propriae, ac authenticus ipsi respondens, exponatur ergo systema quindecim vocans,

datus incipit in F, habetque cadentias C & A, dicitur lydius, dicitur Sapho cum modi admunisse.

Hypolydius sextus est incipiens in C habens pro cadentia F & A.

Septimus authenticus est, diciturque myfolydius ad secundam iram apiftimus, incipit in G, cadentia erunt D & B.

Oclavus hypomysolydius incipit in D, eius cadentia G, B.

Nonus dicitur æolius, versibus lyricis apiftimus critique A eius cadentia E & C.

Duodecimus Hypoæolius incipit in E, cadentia A & C.

Vndeclimus Ionius, vel Iastius letus, eritque CC, cadentia in G & E.

Duodecimus Hypojonius incipit in G cadentia in C & E.

PROPOSITIO XXIV.

De 12. modis recentiorum.

Recentiores duodecim agnoscunt modos, videturque tantum discrepare a veteribus, in ordine, nempe quod primus recentiorum sit tertius veterum, ut verum tamen fatear modorum antiquorum vix quidquam habemus nisi nomina & proprietates; nec habemus scriptorum loca, quae fatis indicent, qui primus fuerit, quis secundus, unde vix concludere ex iis possimus quis modus letitiae sit aptior, quis tristitiae. ideo ut in modo


Vt, re, mi, ♫ fa, sol, re, mi,	♯ fa, re, mi, ♪ fa, sol, re, mi.
C, D, E, F, G, A, B,	C, D, E, F, G, A, B.
Authentic. 1 3 5 7 9 11.	1 3 5 7 9 11.
Plagales. 8 10 12 2 4 6	8 10 12 2 4 6.

Sensus istius tabulae in qua duas primas lineas exponunt systema diatonicum, est, in voce C incipere authenticum & 8 plagalem, in D tertium & 10, in E ♫ & 12, in F solum septimum, eo quod FB sit tritonus, atque adeo in F nullus

feligendo habenda est ratio materie, & affectus excitandi; puto leges potius recentiorum observandas, quam antiquorum, quae non extant; licet fatendum sit quod si haberentur coram pracepta, & constaret quis primus eorum modulus quis secundus, ab iis discedendum non fore, neque enim experimus hodinam musicam tantam vim habet ad mouendos animos, quam antiqua, si tamen fabulosa non sunt, & per auxilium orationum dicta, quae de illa referuntur quidquid tamen de illa sit hic referam.

Incipiunt autem recentiores a C. & modus qui a voce C sol, ut, incipit dicitur primus tonus subiiciunt autem eos tonos tripli modo.

plagalibus esse possit ut iam diximus. pariter in B nullus authenticus eo quod BF sit falsa quinta, & duo continat hemitoniam maiora nempe B C, & EF.



Facile intelligi possunt ex hoc diagrammate omnes modi in quo illud potes animaduertere primo in modis imparibus nempe primo, 3, 5, 7, 9, 11, qui authentici dicuntur cadentias seu

mediationes esse in tertia & quinta in plagalibus eadem esse mediationes, sed quae respectu plaga- gali sunt octava, sexta, & quarta.

16	A											
15	G											
14	F											
13	E					MI						
12	D			RE	re							
11	C	vt		ut	ut							
10	B	fi		si	si	SI	SI	SI	SI	la	LA	LA
9	A	la	LA									
8	G	SOL	fa									
7	F	fa	fa									
6	E	MI	MI	re	mi	MI						
5	D	re	re	mi	RE	re	re	re	re	RE		
4	C	ut	ut	ut	ut	ut	ut	VT				
3	B	fi	fi	fi	si	SI						
2	A	la	LA									
1	G	sol										

Tabula precedens idem ostendit, sive que indicat eiusdem esse cadentias modi authenticis & plagalis pbi a. m.

Hic soluto spectauit genus diatonicum, in quo non intelliguntur toni divisi in suas diales, & hemitonias, quod proprium est chromatici, licet aliquando in musicam nostram chromaticum aduocemus; ut videte possumus in abaco organi Pythagorici. Nullam etiam rationem habui in mollis, sed tantum B durum, quia ut iam sepe dixi b molle ideo tantum in-

ventum est pro instrumentis, ut nempe quod verbi gratia in chorda C canendum esset, quae forsitan nimis demissa foret ut posset cum voce communia humana convenire, in voce F canari posset. ut autem hoc facilius intelligas omnes modos transferimus in b molle.



Ex hoc sequitur quod primus tonus, cuius initium erat in C dum verbasnamur in B duro, incipere debeat ab F in b molli. & vt possimus meminisse, si ex B duro, velimus altius canere in b molli, ascendentum est per quartam, si gra-

uius canete velimus descendendum est per quintam. E contra si ex b molli velimus ascendere in B durum ascendentum est per quintam, & descendendum erit per quartam, vt subiecta tabula ostendit,

B durum	C, D, E,	F, G,	A, B,	C, D, E,
b molle	F, G, A,	b, C,	D, E,	F, G, A;

Proprietates autem modorum tales sunt,

Primus ad tristia & chorcas molle.durum est comparatus, diciturque propria tera laetivus.

Secundus languens & lamentabilis, ad affectus praeципue amatorios exprimendos.

Tertius dicitur gravis, idoneus ad res graves, & licias extimendas.

Quartus flebilis, & supplex, quod mestizie, miseriae, & solitudini sit idoneus.

Quintus severus, austerus & immitis, res arduas & difficiles explicitat,

Sextus assentator adulatio- bus, querimonii, & languoribus amantium accommodatus.

Septimus hilarius, & alacer lati- ciam generat.

Octavus religiosus quod usur- petur in penitentia, & lachry- mis

Nonus Iracundus.

Dicimus Pudicus, suavitatem aliquam praefecerrit,

Vndeclimus, politus seu compo- tus, lycicas versibus accommo- datus.

Duodecimus Luctuosus.

Fuit autem necessarium has proprietates ap- ponere, vt congruas materiz modus feligretur, & dum excurrentur est ultra modum, neque enim sunt malum in iis seruolosi recentiores Musici, semper modi affines feligantur.

PROPOSITIO XXV.

Methodus dignoscendi modum.

Licit in multis compositionibus, aut cantibus, sit satis difficile discernere modum, eo quod non unicus tantum fuerit usurpatus, neque sic semper opus scrupulosius in eodem immortari, opera praeclita tamen erit aliqua signa, & notas indicate quibus modum possimus dignoscere, illæ autem notæ, sunt, meditationes, terminatio- nes, & cadentie, que maxime in fine adhibentur, & in medio voces seu chordæ quo frequentius usurpantur, aut in quibus identidem conquietiscit Musica oratio.

In quolibet igitur modo, tres sunt voces, in quibus frequentius sistuntur, que dicuntur ca- dentie. Prima que certius modum indicat, est finalis, que etiam terminans dici potest.

2. Est medians quo in medio frequentius po- nitur, ita vt respetu talis modi, dum usurpatur non ita conquietat animus, vt vltierius aliquid non expeteret.

3. Dicitur dominans, quasi imperans in tal modo, & ne tem satis intricatam alioquin adhuc magis implicem, in modis authenticis pro- prie finalis, est eadem ac ea in qua incipit mo- dus, aut eius octava; dominans in authenticis erit quinta, & quia dum plures partes simul ca- nunt, fieri non potest vt coactentur intra limi- tes viulus octava; poterit etiam duodecima esse dominans, & tercia erit medians sicut & deci- ma, in pluribus dominans erit quarta, medians sexta.

Potest tamen esse difficultas, dum dicimus dominantem esse quintam, & mediantem esse tertiam, an hoc intelligatur respectu bassi, aut superioris, aut aliarum partium interme- diatum.

Respondeo, Si hæc divisio modorum præcipue inventa esset pro illo genere musices in quo bassus

E per se

perseverat semper in eadem voce, intelligendae essent istae dominantes, mediantes & finales respectu superioris, cuius mediationes seu more essent in tercia, & quinta, & maiores more in octava.

Si vero tam bassus, quam superius, & alias partes intermediae mutentur; non erit opus tam scrupulosum iis attendere, neque quo ad praxin invenio aliud.

*** *** *** *** *** *** *** *** *** *** ***

PR. POSITIO XXVI.

Regula generales Melopoeia seu compositionis Musices.

Licet supervacuum videatur sola praecipua in hac materia tradere, quod potius praxi intelligenti potest, quam praeceptorum aliquoquin inutilium coacervatio, ne tamen huic nostro operi aliquid desile videatur, primo trademus praeceptum nonnulla, ad unum cantum perficiendum, seu ut vocant unam partem, verbi gratia unum cantum quem dicimus superiorem, vel bassum: in quo vix regula certe assignatur, debemus ergo primo feligere chordam a qua velimus incipere, & hoc accommodare ad passionem animi quam volumus exprimere aut excitare, quod ex modorum proprietatis desum potest.

Secundo notandum est nota diatonicas serie continua se consequentes, semper in canendo gratas esse, neque enim dum dicitur secunda integrata esse, intelligi debet nisi dum duas nota vicinx, distantesque uno tono aut hemitonio simili canuntur, non autem dum successione maiorum tamen diversitatis gratia, alia intercula adhiberi debent, tertie, quartae, quintae, sextae nonnunquam, sed raro septimae.

Tertiò sicut per cipum in cadentiis tali modo propriis, raro in aliis, ne multas faciat cadencias, quia difficile erit tantam cadentiarum copiam innenire, posset interdum pro cadentia assumere quartam & sextam.

Quarto cantus in eadem nota desinere debet a qua cecepit, vel in cadentia dominante, nisi forte aliud requiretur animi affectus qui excitarit debet, extra modum non excutiat, si vero aliquando excuteretur, cum voluptate regreditur.

Quinto ne inter canendum syllaba brevis longa fiat, aut viceps; in quo illud incommodi inveniuntur in lingua Gallica, ut accentus fere semper in ultima syllaba inueniatur; unde exiliamenta lingua Gallica esse minus apta, ut sit cantus materia, eo quod nec habeat viros dactylos, aut anapestos, vias tamen conferre legetem, ut ita dicam phrasum harmoniacum.

*** *** *** *** *** *** *** *** *** ***

PROPOSITIO XXVII.

Regula generales Musices plurimum vocum.

1. Consonantiae sunt octava, quinta cum suis replicis, hoc est quinta supra octauam, que est melior ipsa quinta, quia melior est proportio: ad 1. quam ad 1. quinta supra duplum octauam, tercia cum suis replicis nempe duodecima, & decima septima pro iisdem enim sumuntur, quarta est etiam consonantia, & sexta,

idem intellige de replicis nempe de quartâ supra octauam, aut sextâ supra octauam.

2. Dissonantiae sunt secunda, septima cum suis replicis, hoc est nona, decima sexta, decima quarta, &c.

3. Due octavæ ne se invicem consequantur, duæ quinta item nill forsan, una pars ascendat alia descenderet, & tunc fieret mutatio, sicutque transitus a quinta ad duodecimam, vel vicissim, quod accidit defectu varietatis.

4. Due tertie maiores ut plurimum non adhibentur, præcipue si ascendant partes gradatim, quia tunc cum perseverat prioris consonantiae in memoria, fit virtualiter tritos. rem explico in uno tantum casu fieri potest ut gradatim ascendendo, duæ tertie maiores se invicem consequantur, nempe si bassus sit in F & superius in A, & postea, bassus sit in G, & superius in B, tunc autem fit aliquam relatio propter membrum ipsius F, fit inquam relatio F ad B qua est tritus, duæ etiam sextæ maiores prohibentur.

5. Duæ tertie minores, & duæ sextæ minores conceduntur immo etiam tres, melius tandem inservientur.

6. Dum à sexta ad octauam transfundum est; illa sit maior quia minus distat à suo termino, idem dicitur de tertia.

7. Dum à sexta ad quintam fit transitus; illa sit minor, sicut tertia.

8. Non sit transitus à sexta maiore, ad tertiam maiorem, neque à sexta minore, ad tertiam minorem, ob relationem aliquam tritonii.

9. Dum bassus est in dizi, non ponitur octaua, neque quinta, sed ponitur tertia aut sexta.

10. Dissonantiae non sunt viles, nisi sit syncope, hoc est alias partibus immotis permanentibus fiat transitus per illas dissonantias, ad consonantiam.

11. sicut cum quinta bene ponitur tertia, ita cum quarta sexta ponatur.

12. Secundum excusat per tertiam immediate consequentem, ad quam nempe fit transitus quartæ, per tertiam, quintam aut sextam, septima per sextam.

13. Finiatur totus cantus per octauam, vel unisonum, potius quam per tertiam aut quintam.


Hæ regule intelligendæ potius sunt, quotiescumque duæ tantum voces simul canuntur, non autem quoties plures simul concinnant & tunc adhuc intelligantur de voce superiori respectu bassi.

14. In fini quotiescumque pars aliquæ cum basso conueni & concordat in tercia ea sit maior, immo satius est, ut sit 10. maior, unde optimum est tunc affutare diximus, si neopus sit ut ex minori tertia, fiat maior, nec debet superioris finita in tercia sed in octaua.

Notandum igitur est omnes alias partes comparati cum basso.

Aliquantum item regula peculiares conuenientes singulis consonantias quae regula repetunt superiores ut plurimum apponam autem exemplum singulorum, ut melius concipiatur, & mente inhaerent. exemplum autem erit in duabus tantum vocibus, eo quod, scrupulosius viam dixi agendum sit quotiescumque duæ tantum voces, seu partes simul concinnant, nam quoctiescumque sunt plures, verbi gratia quartus, non est ita scrupulosum agendum & fere semper intelligantur iste regulæ de superiori coporato cum basso, etiam si alii

alia partes fini intermedie, vt enim dicitur quintas non debet sibi invicem succedere, intelligitur tantum de superiori comparato cum ballo, notanda item sunt emitoria; sunt enim A ad b E ad F, in his exemplis appositi item sex lineas vt posset tam basius, quam superius in eodem contineri schemate, & melius relatio vnius ad alium dignoscetur.



PROPOSITIO XXVII.

Regulae peculiares Tertiariarum

1. Due tertiarum minores bona sunt. Exempla A, A.
2. Due tertiarum maiores se invicem consequentes, male sunt B. admittuntur tamen in cadencia finali, dum aliqui habent C.
3. A tertia minori communiter fit progressus ad unisonum, praeceps si due partes motibus contrariis moveatur D, aut una sitat. E.
4. Si fiat progressus à tertia ad quintam, & sunt motus contrarii & gradus coniuncti ea fit tertia minor. F. Si vero una pars sitat in eadem chorda melior est tertia maior F. 2. Si vero ambo partes simul ascendant, aut descendunt siatque progressus à tertia ad quintam, potest

fieri per maiorem aut per minorem, aliqui presentur maiorem G.

5. Si fiat progressus à tertia ad unisonum, & ambae partes ascendunt; aut à decima ad octauam sit tertia maior H.

6. Si nota superioris, eidem nota bassi respondant, & prima sit tertia, secunda erit sexta I.

7. Tertia minor exigit ante se & post quintam, sicut & decimam minorem, & octauam motibus contractis K.

8. Tertia maior nihil valer neque ante neque post quintam, neque ante & post sextam maiorem. Si mores sint contrarii, propterea falliam resolutionem L.

9. Tertia minor nec sequatur, nec antecedat sextam minorem M.

10. Tertia minor, sextam maiorem antecedit, exigit post se communiter unisonum, & tertiani maiorem N.

11. Tertia minor antecedit aliquando quartam per syncopem, syncope autem est quoties prima pars nota, ultima pars alterius respondet O.

12. Tertiae minores similes ne se invicem consequantur; sunt autem similes si semitonium in utraque antecedat tonum, vel in utraque sequatur P.

A A B C D E E F F2 F2

Tertiae minores bona, maiores maiores à tercia ad à tercia maiori à tercia à tercia
male. bonae. unisonum. ad unisonum. minori majore
ad quintam, ad quintam;

G G G G H H I I K K L L L L

à tercia ad quintam indiferenter, à decima à decima post tertiam post tertiam
majore ad majore ad unisonum, octavam, minorem minorem
unisonum, octavam, decima ite minor. motibus
ad quintam, ad quintam; contrariis.

M M N N N N N O P

nor per motus similes, & gradus coniunctos C.

3. Item post sextam maiorem potest sequi tercia maior & minor, per motus similes D, & per dissimiles sola minor E.

4. Sexta maior ascendendo exigit octauam F, & sexta minor descendendo quintam G.

Sextam maiorem potest sequi quinta per syncopem H, item sextam minorem potest sequi octauam, sed intermedia ponatur dissonantia I, non tamen hec omnia obseruantur possunt in musica plurimum quam durum vocum.

PROPOSITIO XXVIII.

Leges Sextarum.

1. Sexta maior post se naturaliter exigit octauam per gradus coniunctos, & motus contrarios, vel quoties una pars manet in eadem chorda A, B.

a. Potest post sextam maiorem, poni sexta mi-

Tom. III.

E 2 PROPO.

PROPOSITIO XXIX.

Leges quintae & octavae.

1. Potest quinta antecedere octauam , omni modo. N.

2. Posunt tertia maior & sexta maior sequi quintam in motu simili, O vel dum una pars est immobilis P.

3. Tertia minor & sexta minor melius sequuntur quintam in simili , & contrario motu Q.

4. Diapente nec antecederet nec sequatur tertiam maiorem motibus contrariis R.

5. Ne fiat transitus ab unisono ad quintam in motu simili & gradibus disiunctis. V In aliis casibus fiat X.

7. A quinta ad unisonum fiat transitus in mo-

tu contrario , si gradus sunt coniuncti in superiori Y.

In motu contrario , & gradibus coniunctis in basso , illicitus Z.

8. Ab unisono ad octauam proceditur , modis una pars sit immobilis.idem dicendum de diapente & duodecima . &c.

Quotiescumque plures sunt partes , non observantur nec obseruari possunt tot leges.

Quarta & sexta sunt admodum rare , ita ut in pluribus cantibus sole inveniantur octauae , quintae , & tertiae simili cum suis equivalentibus , ut duodecima que quinta aequat , decima , & decima septima que tertia , decima quinta que prooctaua ponitur.

PROPOSITIO XXX.

De contrapuncto.

Contrapunctum nihil est aliud nisi ipsa compositione , hoc nomine vocata quia antiquitus , loco notatum musicatum , puncta punctis respondebant.

Dividit autem in simplex & figuratum , similes illud est , in quo notæ sibi invicem correspondentes , sunt æquales valoris , quo ad durationem , immo non est magna in notis diversitas , ut accidit plerumque in canto Ecclesiastico.

Contrapunctus figuratum , seu floridum illud est in quo maior est notarum diversitas , crebroresque sunt minores illæ notæ quas vincas vocamus , aut semiuncas . nec differt à Musica nostra communari . posunt autem illius esse plures

species , nempe species illa quam ærem dicimus , vel Musica lata ; vel denique Musica pia , & rebus facitis aptissima. Musica autem doctor illa est in qua etiam dissonantie miscentur aliquando consonanties , in qua posunt aliquæ obseruari regulæ.

1. Omnes faltæ relations cum ballo vitari debent , non tamen partium inter se , eller enim nimis operofum.

2. Syncope mirabilis est , habetque effectus mirabiles , nam illius ope , miscentur consonanties dissonanties.

3. Punctum

3. Punctum non patitur syncopē.
 4. Quarta excludi potest, vel per tertiam, vel per quintam vel per sextam.
 5. Quinta, & octava requirunt ferē semper tertiam, & nonnunquam quinta pro sexta ponitur.

6. A sexta maiori non sit transitus, ad tertiam maiorem sed ad minorem.

7. Post falsam quintam, sequatur tertia maior; post falsam quartam sexta minor.

8. Partes in musica ita vicine esse debent, ut nulla possit admitti inter illas consonantia.

9. Tres relationes non harmonice vitandae sunt, nempe tritoni, dissonante falsi, superfluae octave, & octave deficientis, septimaram & nonnatum progressus.

Fatendum tamen est has regulas non esse ita strictas ut etiam non obserueretur possit aliquis musicus reprehendere; præcipue si reliqua belle procedunt.

Fugam vocamus quoties partes idem non cantant, sed se inuicem sequuntur vna, aut altera mensura.

Fugæ sunt alia simplices, alia duplices, alia inuesticæ.


Fuga simplex illa est in qua partes idem concinunt, non similitudinem vna possunt, ut si vna canat vt re, mi, fa, sol, alijs pars possint dicari.

Fuga duplex erit, si vna pars dicat vt fa, sol, la, alia dicat la, fa, sol vt, &c. Unde vix potius bene discernere inter fugam duplexem & inuesticam, vitandæ autem sunt falsæ relationes, falsi transitus ab una consonantia ad aliam.

PROPOSITIO XXXI.

Cytharam minorem explicare.

Postquam explicimus, quantum satis ad Theoranam musices spectat, neque enim quidquam exigui fine praxi in hac scientia præstat quis potest; zelat ut de variis instrumentis aliquid dicamus, et omnique systema explicemus. Partes præcipue istius minoris cythare testudinis, sive mandoræ



Sunt ponticulus seu magas, pars H A dicitur apogasma inutilis, ad tactum, & mutationem vo-

cum, C E autem manubrium erit, in quo tabula dimidiata in hemitoniam, & in qua fere totam articulacionem.

Chordæ omnes eandem longitudinem habent solaque differentiæ crassitatem. Systema autem tale est, crassior chorda est C, sequens dilatata per quintam, tercia est iterum C, nempe octaua prima, quarta est octaua secunda; debemus igitur dividere partem CE; ita ut intermedias voces referre possit. non enim autem difficile ex superioris positis fundamentis, divisionem totam erueret. dividatur enim linea CL in F, ita ut CF sit eius quarta pars, dictum secundum divisionem monochordi si tota CL sit vox C, pars FL erit vox F ut FA. si dividatur CL in tres partes, ita ut CG, sit tercia, erit GL, vox G RE sol, nempe quinta, debetque secunda chorda, esse unisona cum parte GL, prima chorda, & tercia chorda esse octaua prima, ita concinente in unisono cum parte FL secundæ chordæ, dividatur tota CL in quinque partes ita ut CE sit quinta, erit pars EL vox E mi la. segmentum CE bifarium dividatur in D, habebiturque tonus minor CD, & maior DE, dividatur DL in 16 partes, sitque DEG vngaverit EGL hemitonium maius, dividatur DL in 15, sitque C & D & qualis decima quintæ, eritque C & D hemitonium maius & consequenter CC & dñeis. pariter dividatur GL in quindecim partes, sitque F & G & qualis vni decima quintæ, & consequenter erit F & G hemitonium maius, & FF & dñeis. eritque divisione optima, nam sicut CD primæ chordæ est tonus minor, ita eriam GA in secunda chorda est tonus minor. & hoc in serie communis b molli: in ferie autem B duri debet esse aliqua differentia, si quis autem vellet nullam habete rationem tonorum maiorium, deberet eam divisionem assumere, que habetur pro organo Pytaulico proposit. 9. modo enim habeatur divisione usque ad GRE sol sufficiet, qua divisione posita facile possumus videre loca in quibus digiti manus sinistra ponit debent, interea dum manus dextra eandem chordam impellit.

PROPOSITIO XXXII.

Lyra 6. chordarum.

Lyra hæc non multum differt ab orchestrâ, nisi quod 6 chordas habeat, & paulo longiores, ex quo oritur ut sonus non sit ita vehemens, variè à variis ad concordem reverberant chordæ; commune tamen illius systema proferat divisionemque monobij. vides autem primam chordam seu gravissimam incipere à DLA R. E. secundam à G te sol. tertiam à C sol vt. Quartam ab Emi-



la, quintam ab Amilare. sextam à DLA RE dividamus ergo divisionem communis manubrium in ordine ad tertiam chordam, quæ est C sol vt & E 3 expeditius

expendemus an eadem diuisio sit vsui ad reliquum chordarum sonos exhibendos, non repeto methodum diuisionis.

Prima ergo diuisio dixit continet; quae est hemitonium minus, nempe diiat C à C & hemitonio minore, secunda diuisio D Tonum integrum habet, nempe à CD ad & hemitonium maius, distanta D, Eb est item hemitonium maius, & distanta Eb ad E est hemitonium minus, distanta E, F, erit hemitonium maius, distanta FF erit hemitonium minus, denique distanta F & G erit hemitonium maius.

Expendamus an hæc diuisio omnibus chordis aptari possit, & primo sit prima thorda D L a RE sol cuius distanta ab Eb est hemitonij maioris, quare prima diuisio qua facta fuerat pro C sol vt, non potest vsui esse, dixit enim minor est hemitonio maiore, secunda diuisio qua in chorda C facta fuerat in punto D, valet pro

exhibere, nam potest digitus quascumque volacit divisiones facere, quilibet autem chorda consonat cum antecedente grauiore in quinta, arque adeo si prima supponatur pro G, secunda erit D, tercia, & quarta E, ita vt possit pertenire ad 17 aut 18 voces, immo hoc sere habet, vt in quilibet chorda, quemcumque tonum possit constitue, ex quo fit vt omne sistema in eo instrumento facile inveniatur, nullaque sit vox, aut sonus, quem facile exprimere non possit, neque occurrat aliud dicendum.

PROPOSITIO XXXIV.

De nouis lyris & Archinoliis.

Hæc lyra communis & peruvulgata, quia ecclesiis nostris tribuitur pauperibus, & sepe impedit, vilium quam plutonium, possit tamen concentum valde harmonicum producere. Illius descripicio facilis est intellectu, si inspicatur. Habet enim rotam ligneam, resina illam, que chordas ad sonum impellit communiter quatuor chordas habet, quæ semper agitantur & resonant, quarum duæ vocantur burdones, eò quod bafsum teneant: aliae vero duo habent mutationes, eo quod opus ligneorum clavorum fiant breviores: ha duæ quæ mutationes patiuntur, ut plutonium concenuent in octaua, solaque differant crassitie. Debet autem institui diuisio communis diatonici systematis, immo si quis adderet velle aliquid, posset palmula in alias & nigras distingui, immo pro duabus chordis quæ tonorum varietatem subeunt, posset esse quatuor, aut quinque, nempe duas aut tres octauas una quinta, & una tercia sicut, in cornu organi pythagorici. Burdones autem non deberent esse ita immobiles in eodem tono, ut opere trium aut quatuor palmularum mutati non posset, manu quoties canendum est per primum modum C, debent consonare cum C sol chordatum rotabilius, si vero per tertium tonum deberent etiam posse consonare cum D late, & ita deinceps, posset itud intrumentum habete tis quatuor, aut etiam quinque burdones, mutabiles, secundum diueritatem modorum, & hoc modo, posset itud intrumentum magis & magis perfici, immo audio aliquando illius generis lyram cuius harmonia erat non contemenda, nam præter palmulas ordinarias, erant & aliae aescitiae, quæ maxime in finalibus adhibebantur; quarum ope, nonnullæ chordæ prius muta, rotæ admovabantur, concentumque elebant plenissimum, quod mihi occasionem dedit instrumentum ex cogitandi quod in Theoria optimum mihi videbatur, neclo tamen an in praxi ita succederet, vellem igitur instrumentum latissimum, cogita clavocymbalum, instructum chordis, non quidem aeneis, sed ex intextini animalium, & loco pinnarum, aut arcuorum, vellem maximam rotam, aut tics minores, quæ unico omnes simul manubrio agitantur, essent autem rotæ refinata illæ, quæ possent chordas ad sonum excitare, chordæ ita extensæ essent, ut totas non tangentur, chordis impositæ essent palmulari, secundum, abacum organi pythagorici, aut clavocymbali, ita ut palmula impulsa chordam rotæ admoveat, chordæ autem secundum genus diatono-chromaticum




chorda D & reliquæ omnes, vnde omnibus expensis inuenio omnes diuisiones esse communes sex chordis nisi in chordis G & C diuisiones G & C, sed facile est digitum tantisper removere pro illis duabus, extera ex diagrammate latius intelligantur.

PROPOSITIO XXXIII.


Lyram archetricam seu 4 chordarum explicare.

Huius lyra communis, & vulgaris, sufficiet systema proponere, cum enim manubrium nullas



habeat diuisiones, poterit facile hæc lyra omnia genera, diatonica Enharmonica, chromatica

maticum concordes essent. clarum est illud instrumentum plurimas simul voces editurum, idemque primitum, quod clavocymbalum maiorem tamen, & vehementiorem sonum editurum.



Incommode autem in eo esset quod chordæ ex animalium intestinis confeccæ, suum tonum non retineant, atque adeo ad perfectam consonantiam vix unquam adduci posset, aut saltem non diu pertineret. cui incommodo per elateria nonnulli occurrere voluerunt. scelus autem tali incommmodo, esset harmonicum illud instrumentum, longeque clavocymbala nostra superaret.

600 600 600 600 600 600 600 600 600 600 600 600 600 600 600

PROPOSITIO XXXV.

De Testudine.

Testudines variae sunt, & in diversis nationibus, variis etiam est chordarum numeros, varia manubrii divisione solent communiter artifices totam chordam in partes octodecim dividere, & dare 17 primæ ligature, seu primæ divisioni, reliquum pariter in 18 dividunt, pariterque 17 partes secundæ ligature tribuant, & ita consequenter, donec in minoribus testudinibus, quas cytharas dicimus *Kitaræ* ad septimam ligaturam perueniant, in majoribus ad nonam, quæ quidem ratio facilissima est, sed in aliisque deficit, quamvis non multum, hæc enim proportio 18 ad 17 est aliquicunque heptitonij medijs, maius enim est 16 ad 15 vt iam alias diximus.

Secundus modus Mersenni talis est ut chordam dividat in 100000, tum accipiat 94444, incipiendo semper à magade, seu Ponticello & ibi primam divisionem apponit, tum assumit hos numeros, incipiendo ab eodem termino, nempe 86298. 84142. 39564. 75141. 70697. 67025. 63301. 59785. 56463. 53325, qui respondent litteris Abaci nostri C, G*, D, Eb, E, F, F*, G, G*, A, b, B.

Facilius tamen alios numeros assumerem, confidem nempe quos ex Arctini systemate deduximus, qui nempe minores sunt, & consequenter facilius ad vim reuocantur, hos habes infra in clavocymbalo, totaque chordam dividit in 160. Chordæ autem ita concordant ut à prima ad secundam sit tonus minor, & secunda ad tertiam tonus maior, & ita consequenter hoc ordine tonus minor, tonus maior hemitonium, tonus maior, tonus minor, quarta, quarta, tercia minor, quarta, quarta. Quia tamen in variis regionibus varia sunt huiusmodi divisiones idcirco diutius non immorabor.

600 600 600 600 600 600 600 600 600 600 600 600 600 600 600

PROPOSITIO XXXVI.

De Clavocymbaliz.

Clavocymbala ordinaria aut duplia, multum industrie continent, ea autem explicite verbis vix possim, sed cuiilibet intuenti facile patent. perfectum haud dubie instrumentum, in quo totum systema diatonico chromaticum oculis subiecit.

In eo tantum paulo incommodum quod tantæ chordarum ænearum copia, non ita facile ad concentum adducatur, & non ita fitmiter in consenseret, ac organa Pytaulica.

Modus autem chordas clavocymbalorum ad concordiam adducendi idem omnino adhibendus, qui in organo Pytaulico, nempe ut quintæ paulo sint inhibentes, hoc est vbi duas chordas ad perfectam quintam adduxisti, superior tantisper remittatur, donec consonantia non nihil tremat.

Quia tamen difficultissimum est præcipue tyronibus, ut bene de aliqua quinta iacent, ideo modum alium facilissimum excoxit, ut totum clavocymbalum ad concentum adducant modo de unisono, & octava iudicium ferre possint.

Prima chorda grauissima, quæ est C sol vt. vel etiam si detur alia inferior, a summator semper ipsa C sol ut cuius longitudine dividatur, hoc modo.

H—

c B b A * G * F E E D C * G
b


Sit totius chordæ longitudine HC quæ dividatur in partes 160, dividatur tota chorda bifurcata in parsu sit chorda H C * 1536 : HD 1440. H E 1350. H E 1296 HF 1215. H F * 1152. HG 1080. HG * 1024. HA 960. HB 900 : HB 864. H c 810.

Quæ posita divisione primo chordam H c in octavanam adduces cum omnibus C sol vt, exinde fulcrum, seu ponticellum suppones chordæ in prima divisione C *, suppono autem partem H vetgere ad pinnas, seu *Sauerriles*; & tunc omnes chordas C * adduces ad octavam, cum prima illa chorda, ex qua beneficio ponticelli recessisti partem C e *, & ita deinceps in reliquis partibus, quod si nolueris, aut nescias eam divisionem facere, dum clavocymbalum erit ad ductum perfecte ad concordiam, experire in quibus partibus, hæc prima chorda cum aliis concordet, & divisionem habebis.

PROPOSITIO XXXVII.

De Vtricule.

Sunt maxime in vnu modo in gallia vtriculis quibus inspiratur fistula, non simplex, sed alius speciei. illi enim inseritur singula ex calamis confecta, fistula autem habet foramina, eo modo quo in fistulis ordinatis, licet paulo alter appetantur & claudantur, hec enim plura simul foramina aperiuntur, sed vnicum tantum cæteris



fistulas hœc modo; quod vocant canere operio ludo jocari à jeu conuert vnicam autem tantum fistula mutationes, & varietatem tonorum facit, sunt tamen alii tres aut 4 burdones, bassum & alias partes sine vila varietate concientes, isti autem burdones sunt omnes in unum ligneum cylindram compatti, qui cylindrus longitudinem semifidis non superat, & in eo sunt varia foramina secundum eius longitudinem extensa, quæ sibi inuicem respondent, ita vt burdo infinitus seu grauior adæquat longitudine tres pedes, per varios nempe recusus. In fine cursum habet mobilem, quod facile ad concentum reuocari potest, obfernandus et igitur modus in quo canitur, vt sciatur quem tonum Burdones canere debent; neque quidquam hic addere debeo, nisi quod in eccorona lyra explicimus. Inspiratur aer ope folliculi in dextro brachio annexi, & vtriculi in sinistro, sinistrum enim brachium comprimitendo vt par eff. vtriculum, moderatum spiritum subministrat; & in eo maxima est huius instrumenti difficultas, miror autem quod aliiquid simile non sit tentatum in fistulis communibus, an quia facilius aberrant à vero tono, si augeant, aut minuant spiritus quam instrumenta linguis instruta, an quia crassiores essent burdones, in hoc enim instrumento, licet longitudine burdonis sit æquivalenter trium pedum, diameter tamen eius non esset duarum aut trium lineatum: In fistula vero communi eiusdem longitudinis adæquare debet digitum cum diuidio.

PROPOSITIO XXXVIII.

De aliis Instrumentis.

Varia hue congerere instrumentorum musicorum systemata superuacaneum iudico, fundamenta enim sunt eadem. vt cythara carens manubrio, quam Gallico dicimus Harpe, hæc non

differ à clavocymbalo; nisi quo d' pinnis & palmus impellit clavocymbalum; digitis tantum cythara, Vidi ego maiorem cytharam, diuisam per medium, in cuius vna facie erant cæcetera octaua, & chordæ ex animalium intestinis confectæ, in alia verò parte erant chordæ grecæ, itaque systemata quorum quodlibet ad duas octauas pertinebat, omitto. Achiniuolam. Angli etiam lyram seu violam ita impellunt arcuolo, vt concentum integrum edant, hoc est bassum tenorem contranotorem & superioriem, faltem quan platinis edant consonanias.

Donus item nuper violonem adinuenit, quem pardharmonicum vocat, duobusque tractribus explicit.

Non referto vt minoris momenti cytharam minorem constantem vt plurimum duabus octauis, quæ geminis baculis impellitur, eius magnitudo vix vnum pedem superat.

Immo quod fatis inuendam est si plures baculos eiusdem crassitati, & quantum fieri potest uniformes fecueris, secundum proportiones in monochordio explicatas, eosque ita mensa imploueris vt fulcro aliqui minimo intendentur, quæcumque volueris cantilenam exprimes, si baculo eos veberes.

Idem dici potest de filo ferreo, si enim sumas segmenta, fili ferrei quæ proportiones habeant supra in monochordio propostas habebis intentum.

Omittere non possum instrumentum musicum, aut potius variorum instrumentorum combinationem in prouincia visitatissimam, & non inuicundam, primo adhibetur vtriculus sua fistula, la infructus, quod est præcipuum in hac musica instrumentum, & acutum concinnet, cantilenamque absoluit, addunt & tympanum simplex ex corio confectum, cum duobus tympanis ligneis inequalibus, sunt & annuli ferri in triangulo dispositi, que omnia mouent & impellunt ad numerum, vix tamen excepta fistula vlam tonorum mutationem continent. Quæ omnia simul impulsa, inuicundam edunt symphoniam & concentum.

PROPOSITIO XXXIX.

De machinis ad musicam perinenibus.

Praeterea instrumenta musica fieri possant aliisque machine automata, quæ concentum musicum edant, nullo nomine eas impellente, & primò quidem sunt clavocymbala quæ seipso nullo palmulas deprimente canant, modus facilis est fit enim cylindrus fatus magnus longitudinis abaci, qui ita abaco admouetur, vt palmulas radat, totus cylindrus varia habet & cæteris foramina quibus insigfi debent clavi, clavi autem habent capita longiscula, & breviore pro quantitate, seu valore, & duratione notarum musicarum, potest item moueri cylindrus vel ope poteris aliquius, vel elateris, vel decurrentis aquæ, aut venti, vt vero uniformiter mouatur, debent addi duæ aut tres rote, similium alijs vt retardetur motus, eo modo quo in horologis; quæ omnia non expendo omnino, fundamentum tantum in uno, cetera industria artificis relinquenda.

Eodem

Eodem modo etiam in horologij adhibentur campanulae quæ hymnum ecclesie currentem concinant Item in aliis ut Luggduni in horologio sancti Iosannis inuenitur Gallus qui non incongrue vocem Galli naturalem imitatur. est autem rubus lingua instruclus, rota palmulam impellens habet quatuor denticulos tres breuiores & unum longioreum qui sensim demittitur ut vox langueat.

PROPOSITIO XL.

Nullus sonus sine motu vibratur.

Postquam sufficienter musica explicuimus, restat ut nonnulla de soni natura, & proprietatibus attemptam, quæ ab experientiis communibus illis quidem & obviis, indubitatis tamen pendent; ut ergo ordine procedam. Altero in hac propositione, primò nullum sonum edì, sine motu tremulo corporis sonantis, quod concinna vibrationes excutari, & agitetur: quæ affectio inductione potius, quam alia ratione probari potest, nam omnis sonus vel sit percussione, vel inspiratione, & flatu: non omnis percussio sonum edit, sed illius tantum corporis quod elaterij capax est, que enim ita sunt mollii vr non firmi, recurrant, aut nullò modo, aut modice sunt sonora, vnde tympanorum pelles extendi debent & adduci, ut melius vibrentur. Ita campanæ plonbæ vix sonum edunt, ex flanno, & ære mixto confece optime sunt, eo quod hæc mixtio dura sit, tenduntur chordæ animaliis, aut metallicæ, idem in aliis omnibus corporibus, sonoris animaduertere possumus, in campanis tremito ille animaduertitur oculis, qui si impeditur sifistit illuc sonus.

Qui vero sonus inspiratione producitur in ægis tremore positus est, ita per exiguum frumentum immisus aer & vehementer ad lingulas illius subfult tremulus, & vibrations, etiam aliis sensibus perceptibiles peragit. In tonitu, & ancortu bombardarum strepitus certum est aetrem tremere cum domus ipsa quatuntur, & vitrei fenestratum cancelli, eum tremorem manifestent.

Quamvis autem aliquibus incredibile videatur, vt dūs intra cubiculum vndique clausum versatur, clamantesque extra cubiculum audiat, quod inquam tremunt parietes, neque hoc cogim semper admittere, sufficit enim vt aer qui per zimas, aut foramina se infundat, hunc tremorem habeat, neque tamen milie incredibile est etiam muros nonnihil intemiscere, et ad foros, cunicula subterraneum ducentis, singulos iectus, superpositæ rupes nonnihil subfultent, calculique tympano superpositi cum sati manifestent, neque vero minus credibile est hunc tremore aquæ communicari, vt pisces audiunt, cum animaduertentes subfultare aquam in vase contentam, & in tremulos verticibus agitari, dum ita digitæ scyphi labra teruntur, vt sonus audiatur; tremit autem non tantum aquæ superficies extima, sed etiam tota, quo enim ex profundiior aqua in vase, ed sit grauior sonus ergo tota per modum vnius vibratur. Ad quam vero profunditatem protendatur in mari, id ab experientiis penderet.

Reservat Dominus Boyle in suum vitrum recipiens inclusum horologium automatum, pendens scilicet è filo tenui, quando recipiens plenum fuit aëre optime audiebat bilibris sonus, vbi vero subiecta anthilia eductus fuit aëre, ita vt nullus aut saltem modicus relinquetur, non audiatur amplius bilibris sonus: quod aliter explicati-

non potest, nisi quod modicus ille aër seu ratificatus, ita tenuis esset, vt eius vibrationes vitro communicari non possent.

PROPOSITIO XLI.

Sonus nullus percipiens nisi Tremor ad auem usque protendatur.

Hæc affectio melius probati non potest, quæ ex auris fabrica, cur enim tympanū ita exquisite extensus, ac reque incisus & nativo adductus, quorsum officuli, tā exquisiti librati. si enim sonus percipi potest, sine vilo motu in aure facto, aliter debuit coponi auris, partes enim ad quemlibet, vel minimum motum mobile indicant talē motum, cū nihil natura frustra, & sine cōfilio formet inutile.

Secundum exterioris auris conformatio, que talis est vt multum quasi aërem exercit, expicit, vñ tempe ad eius latèta reflexus maiori velocitate intromittatur, vt ostendam infra cum de soni augmentatione agam, satis ostendit ad auditionem propagati motum medijs, ad organum auditioni definitum.

Tertio si alia via, quam per autem externam propagaret motus, aut fiat aliquid in aure motus audimus, etiam nullus alias sonus exterior adueniat, cum digitum auris admouetus, ex comprehensione illa motum in organo interiori producimus, ex quo sequitur auditio. pacit fluctuones que in le sonore non sunt, hoc ipso quod motum imprimit organo interiori Timnitum producunt, & nonnunquam satis vehementem. cum Lyricines nostri, Lyram chordas ad concordiam adducant, si obstant aliqui exterius, ita vt de fidimi concordia iudiciam ferre nequeant, mortdum manubrium, aut clauiculam cui chorda annexa est, sic enim ea resonante sentitur tremula in dentibus vndulatio, quæ communica tur auri, per sequeque percipiunt sonum.

Quarto soni etiam qui sunt à longissima distântia, si vehementiores sunt, vicinis corporibus, tremorem & motum producent, aliis sensibus perceptibile, ita tonitrua, bombus tormentorum ancortorum, etiam si à pluribus milliaribus edatur talis sonus, in cancelli tamen vitreis concussum, & tremorem viu perceptibilem, & maximo palpabilem producent. Dum remittente hyeme clamatur in Alpibus, nubes quæ in cacumini montium pendebant, decidunt: ita vt clamor hominum lepe montis nubos tuinam excitet, quamvis autem cæteri soni minores, motum non imprimit, qui sub aliis sensus cadat, negati non debet, vt ab uno ad alium gradum facilius, & hoc propter uniformitatem rationis, eundemque agendi modum, cum sola differentia, ex intentione petatur.

Sexto motu successio id etiam evincit omnis enim motus cum tempore propagatur, & successione spatiuum peragrat, sed nulla potest probabilis huius successionalis ratio affecti, nisi quod sonus, aut per motum, aut cum motu locali propagatur, ergo vero semper sonus cum motu locali coniunctus est, ergo si percipiatur ab aere, in autre etiam aliquis motus localis interueniet.

Addo quod invenit sonus motu medijs in eamdem partem, retardatur, aut minuantur motu medijs in contrarias partes, ita flante vento melius audiuntur campanæ, reflante vento minus percipiuntur.

PROPOSITIO XLII.

Probabilius est sonum non esse qualitatem à motu tremulo corporis distinctam.

Solus motus tremulus, in aure interna eam affectionem producere potest quam auditionem vcamus, & aliunde quoties audimus propagatur aliquis motus ad auren vsque; ergo solus motus tremulus auditionem potest producere: nihil igitur aliud requiritur, & quidquid aliad inacheatur, frustra erit, & commentari. Prima major constat ex superiori allatis experientiis, nam dunt aurem scalpimus, immo tantum comprimimus, vastum aliquem sonum percipimus, autem autem est materia mollis nec ad producendum sonum idonea si nempe sonus sit qualitas à motu distincta, hæc enim requirit peculiares, in corporibus sonori dispositiones, potest tamen propter viciniam impelli tympanum eo sece modo, quod motus aëris illud impellit, pariter s'luxiones, licet non sonoræ, quia tamen immediate incident in Tympanum, licet in aere nullum sonum producent, in organo tamen, eadem affectionem efficiunt, alia omittit superiori iam allata, ergo solus motus localis auditionem efficit. Probauit item superior, semper propagari aliquem motum usque ad aures, quotiescumque audimus; ergo concludit argumentum; nec aliud requiritur.

Probatur secundo si sonus sit qualitas distincta à motu, non explicatur omnino, quid sit consonantia, quid sit dissonantia, quid enim habent duas qualitates, ut si simul petcipiantur ab aere, illa offendane, quid aliae duas qualitates, ut si simul iungantur delectant illa enim suppositio in materia physica inepta est, qua postea effectum nulla redditur ratio, sed hæc suppositio quod sonus, sit qualitas à motu distincta, nullam dat apparentem rationem, quod duo soni sibi invicem adversentur, non quidem per ceteratatem viam, similem illi, quā in aliis qualitatibus agnoscamus, neque enim tunc se invicem destruant, aut remittant, sed per aliæ omnino inexplicabilem at vero si sonus dicamus esse actis vibrationes, illæ vibrations que à diversis sonoris in eodem, aut vicino aere proflucent, consonæ sunt, primo quæ erunt æquidistantia, secundo quæ identem congruent, & quid plures congruent eo melior erit consonantia, ita dicimus octavam esse perfectam consonantiam, quod alterius vicibus oscillationes congruant, alterius discrepant, duodecimam meliorem quintam, & ita de ceteris, ut explicimus in secunda propositione, & hoc ita sumite ut ex corporibus sonoribus, licet diuidatur, an soni sint futuri consoni, aut dissoni; antequam producanter: eo quod corpora cognoscantur apta ad producendos motus, communifacientes, aut incommensurabiles.

Tertio nullus sonus sine motu, quomodo ergo se habet respectu soni, si sonus est qualitas ab eo distincta, vel est causa, vel est tantum conditio, non causa quia in communii philosophia motus se habet per modum vibrationis fluentis, nempe ponit mobile, lucisfluxum in pluribus locis, vibratione autem non est productiva, id eoque nolumus ut approximatio, ut causa productoris viilius, sed tantum conditio applicans causam; ergo si sonus distinguatur à motu locali & motus localis conferat ad sonum, non erit causa soni, sed tantum conditio regula, ut corpus sonorum, hanc qualitatem producat. Si enī motus corporis ipse, hanc qua-

litatem produceret; vel produceret in se vel in corpore vicino, non in se, quia motus non est ex primis qualitatibus quæ alias producunt, non etiam in corpore vicino, quia produceret sonus in corpore vicino, ante motum & sic nulla esset successio in propagatione soni, quæ tamē tam luculentis stabilitur experientiis.

Ostendo pariter non produci sonum à corpore sonoro, si enī à corpore sonoro produceretur sonus, vel produceretur totus vel tantum in corpore vicino, & sonus corporis vicini alium sonum sibi vicinum, & ita conlequeretur, sed neutru dic potest, non primum, quia dum producitur sonus remotus, poterit petere corpus sonorum, ergo non est causa soni illius remoti cum non existat in renum natura, aut sit incepit ad productionem talis soni, ut si magno iteu frangatur tympanum, dū percipitur in loco remoto, talis itēs, atque adeo in loco remoto producitur sonus, non amplius integrū est tympanum, sed incepit ad productionem toni.

Sed negue sonus alii producit, si sit qualitas à motu distincta, & puto id demonstrare, quantum materia physica demonstrationis est capax, ad formandum autem demonstrationem suppono experientias nonnullas, & primo quidem eas enīas quas refert Pater Kircherius, quibus clarissime confitit sonum intensius augeri posse, ita ut per reflexionem sonus fiat maior, quam sit initio, aut quam sit in medio, Ex quibus poitea conclusionem manifeste, non produci ab alio sono.

Experientia igitur lumen huiusmodi. Referat Olaus magnus esse in Finlandia speluncam terribilem, prope littoralem urbem Viburgum, in quam se deminutus animal vinum, sonus ita de repente oritur formidabilis, ut audientes terreat qui nec loqui neque possint confundere.

Idem refert ad Bonitii matis littora tam prodigiolum sonitum produci, ut viatores & nautas penè necerer, P. Joannes Paes in sua Abysinorum historia, refert in montibus Gofanar reperiit rupem integrum ex excavata industria, ut speculu remoto aspicientibus appearat, cui aliæ rupes opposita, in cuius cacumine nihil adeo subnubis dicitur, quod nō audiatr clare, si vero quis clamet, sonus ita intunditur, ut vox exercitus integræ videatur.

Sed quid moros huiusmodi exempla, & quodrum fide potest esse dubium aliquod, cum praे manib[us] cubas habeantur à Domino Morland Nobili Anglo non ita pridem inventas, quae sonum humanum in eas inspiratum ita augent, ut ad duo milliaria, vox humana protendatur, illius figuray infra deferat, sicut & carceris Dionysian prope syracusas, in quo referente Patre Kircherio teste oculato, vox demissa licet, ita augent, ut in superioribus, in foramine scilicet perfecte audiatur, clamor autem, in sonum tonitrus ferè aequaliter augatur. Ex quibus omnibus confat, vocem reflexionis esse capacem, quod si variaz reflexiones, ad idem punctum dirigantur, in eo sit intensio soni, proportione quadam ut in speculis parabolici accidit. Ex quibus puto me demonstratione concludere, sonum non esse qualitatem à motu, aut incepitu distinguam hoc argumento.

Nulla qualitas vniuerso agens potest prodigere effectum le intensiore, quamvis ad eum plurima simul subiecta qualitate remissim participantur concurrent, sed sonus ut constat experientia producit effectum se intensiore, est enim sonus intensior in puncto in quo plures ciudem soni reflexiones concurrent, quam fuerit initio ipse sonus,

sonus, ergo sonus non est qualitas aliqua distincta à motu, aut distincta ab impetu.

Maior facile ab omnibus admittitur, si aliquin subito ac essent in aliquo subiecto aliquo gradus aliquam qualitatis, subito excederent intensitudine & augerentur, ponamus enim unum lumen ab alio produci & in toto aliquo subiecto, eis tres gradus luminis assumamus partem aliquam physis, illius subiecti quam circumstent virginis alterae partes, quarum singulare tres gradus luminis possident, si intensior qualitas, produci posset à qualitate minus intensa, in hac parte media à virgini agentibus circumstantibus intensis ut tria produci posset, quartus gradus quod dixi de hac parte media dici posset, de aliis quibuscumque, ergo intra breu tempus augeretur lumen intensius in omnibus ad octauum rique gradum.

Propterea communis effatura vult nullus agens, in simile agere, quod ita intelligent, ut etiam mille Ponant agentes, & equaliter cum passo qualitatem participante hoc est in æquali gradu, nulla tam sequitur actio, celsante scilicet hinc actionis, quæ assimilatione tantum affectat, iteque dum per speculum concavum lumen intendit, propter radiorum concursum, ad agens principale recurunt, affectaque in puncto loci lumen, aut calorem intensum, non ab alio calore, aut lumine vicino, quod censilius est produci, sed etiam ab agente principali, quod ita determinatum est ad productionem sui luminis, ut eos gradus, quos ultra speculum directe producere debuerat, eisdem resiliere in foco producat, compescitque in intentione, quod in extensione ipsi admittit, de sphaera activitatis, haec est communis in Philosophia peripatetica responsio, quam modo non expendo, puto enim etiam in tali casu intervenire motum localem, sed modo eadem allumannus philosophandi principia ostendo tamen eandem rationem non valere in sono.

In puncto unios sonorum, producitur sonus intensior, sed hic sonus produci non potest a sono semili, si sonus sit qualitas à motu distincta, sed sique produci potest ab agente principali, quod desiratur esse potest, aut certe tunc non aere, ergo à nullo produci posset sonus ille intensus, suppono enim sonum produci successum in medio, ita ut minutum secundum impendat ad hoc ut propageatur, ad 250, exapades seu ad 1580, pedes Parisiens, seu ad 216, passus Geometricos, constantes 5, pedibus Parisiis, unde concludo licet agens principale sonum prope se producat, sonum secundum non pendere immediate ab agente primario, cum amoveri possit, aut destrui aut reddi inutile ad productionem soni, ergo dum producitur sonus, ad 276, passus Geometricos, agens principale non agit amplius: ergo illud augmentum soni, non est ab agente primario, sed neque esse potest ab sono remissiore: ergo in illa hypothesi, explicati nullò modo potest quomodo per reflexionem augentur sonus, & propter propagationem soni successivam sensu perceptibilem, quam nullus negare potest, præcluditur illud effigium, agentis principalis, quod lumen propter luminam pertinet, tantum ut eius successio non adverteratur, non adimatur.

Quam verò hoc bene cum hypothesi contraria congruat facili ostenditur, ponamus enim sonum nihil esse aliud, quam motum actis concilium & vibrantium, motus & impetus hanc habet pro-

prietatem, quam nullus negare potest, cum experientia suffragentur.

Vt extensio intentionem patiat, & vicissim intention in extensionem mutetur, cui principio tota fere mechanica nititur, ita pondus velociter motum, in duplo maiori pondere motum duplo minus velocem producit, ita si globus duarum librarum, in globum unius liberum immotum incurrit, finitque ambò globi Elaterij capaces, minor globus multo velocius fietetur seu motum intensorem recipiet, eo quem globus maior habebat, ergo minor intensive causâ, si maior sit extensivus, effectum producet intenforem, vicissim si globus minor in maiore incurrit, in eo minor est intensus motum produceret, eo quod intensio in extensione transmutatur debet enim motus aut impetus minoris globi distribui, partibus maioris globi.

In quo etiam animadvertisse potes, motum aut impetum, in hoc genere actionis, non imitari naturam exterorum agentium, saltem enim Philosophia communis assertit, volunt enim ut ager, agendo nihil desperat, at in productione motus quantum globus in alium incurrens producere motum, tantum de suo deperdit, ut post incursum non sit maior quantitas motus, quam antea, sed haec quo si non est huius loci, quare ad infinitum redemans dimergo per rei extensionem, duo mobilia, partem aëris in puncto verbi gratia loci potis, & immorari impellunt, incitatius fietetur, mouebitur, aut vibrabit, quam singula partes impelliunt, aës, adeo est intensior motus Hanc prototypatam solis motus quod feliciter habet, nec ipsis ab illo denegari potest, cu igitur id in sono animadversamus, cum motu illum confundere debemus.

Quarto cum sonus totus, ab agente principali, seu sonoro produci non possit, reclamante scilicet eius successione, & aliunde unus sonus, ab alio sono non possit procedere, si sit qualitas à motu, & impetu distincta, eam ab impetu, & motu distinguere non debemus. Probatur secunda pars antecedentis, omne agens in orbem agit, cum non sit illa ratio, cur potius in unam quam in aliam partem agat, sed sonus in productione, alterius soni non agit in orbem, ergo non est agens, maior probatur inductione omnium agentium, ut verbâ gratia solis qui in orbem agit & aliorum, unde cœmuntur in Philosophia dicitur unum lumen ab alio lumine tantum, non procedere, sed ab ipso eius luminoso verbâ gratia sole immediate concurrente, quod lumen in ære productum ad latera non producatur, si enim unum lumen in medio, aliud lumen producetur, lumen in foramine receptum, & per illud foramen in cubiculum receptum, tam ad latere producetur, quam in linea, à sole ductum, ergo id non accidat, recte in lumine, ad agens recurrunt, sed pariter sonus non producitur in orbem alium sonum, ergo unus sonus alterius non est productus. Si enim sonus qualibet in orbem producetur, etiam fine reflexione recurreret sonus, ad aures loquentis: ponamus enim me locutum esse, & sonum pervenisse ad 10, passus, si sonus quid in est in eo loco, produceret in orbem, producere etiam sonum, in spatio intermedio, inter me & illum sonum, ergo turbus ad me rediret sonus, quid enim impedit quominus in eo spacio producatur sonus non similitudo agentis & passi, nam in toto illo medio, iam cessavit sonus prior: ergo est spatiuum receptivum soni. Quod enim dicantur agentia agere per lineam rectam, hoc intelligi debet,


debet, quod in orbem agant hoc modo per lin-
eum reclam; quod enim sonus ille, sit produc-
tus ab alio sonu, qui respectu illius est orienta-
lis, cum determinare non potest ab producen-
dum sonum, tantum versus partes occidentales,
idem enim est in ea parte sonus si productus
fuerit, ab sono occidentali, nec est aliiquid affi-
gnabile, quo determinetur potius in hanc par-
tem quam in aliam, sonus motus, & impetus hoc
habent, ut quam leviter iniuste viam hanc re-
teant, firmiter; ergo si sonus est qualitas ab his
duabus distincta, sonus regredetur ad audi-
torem, etiam sine villa corporis duri reflexione.

Quintū si sonus est qualitas distincta à motu,
& impetu, nulla potest excogitari ratio probabi-
lis successus eius, qua tamen bene assignatur in
alii. Si enim corpus sonorum in se, & in vicino
aere sonum producit instanti A, quanto cur hic
sonus productus instanti A, non producit alium
sonum eodem instanti, quo est productus, cur re-
quiritur aliqua permanenta in esse, determinata
& aliquas durationis determinata, antequam ali-
quid producat.

Si enim permanet per duo, aut tria instantia,
nil habet in secundo instanti, quod non habeat
in primo; sed primo instanti non habet virtutem
producendi, ergo neque secundū, aut tertio vel
assignetur quid sit, neque enim prioritas causa,
temporis est prioritas; sed tantum prioritas depe-
ndit, & causilitatis. Si vero admittas instanti A,
esse productum soni B; ergo & iam sonus
B, cum eodem profus instanti quo productus
existat, habeatque totum suam vim actuam, pro-
ducet sonum C & ita deinceps; ergo nulla erit
successio.

Si vero sonus cum motu idemscilicet, cum
ipso essentialiter sit successivus, idemque accidat
in aere, quo oculi visus patimur in aqua, in qua
scilicet motus communicatur cum tempore, nilia
sit successus eius assignande difficultas.

Alii multe excogitari possunt rationes, qui-
bus spece concludimus hanc hypothesis alien-
tremi sonum distinguai a motu, & impetu re-
ponitae experientiis, cum proprietates motus in
sono explices videantur, vt successio, intensio
in extensione mutata, & vicissim, difficultas
pertinentia medi densioris, cause item eadem
que motum concussum & in se recurrentem, sint
maxime sonora, & alia multa, que breuitatis
causa tacitus pretereo.



PROPOSITIO XLIII.

Qualis sit motus qui sonus est.

Primum certum sonum quilibet motum cum fe-
no identificari, neque enim hoc ipso quod ali-
quod mobile mouetur, sonum percipimus, ita
non semper aues volantes sonum edunt, neque
eiam nubes, licet magno impetu ferantur, pro-
presa sonum videntur producere, ergo in genere
quilibet motus sonus non est, quanvis omnis
sonus motus sit; quare refutat inquietendum, que-
nam species motus cum sono identificetur.

Certum est secundum eam speciem motus recte-
cum sono confundi, quae affectionem illam pro-
ducit, quam auditionem vocamus. certum est
item corpus sonorum in se sibi vicino, cum

debet aut similem motum produceret, ei quo ip-
sum mouetur, cum enim aer, aut etiam liqui-
dum sit valde mobile, facile motu corporis lo-
lidi se accommodat, quibus positis.

Dico motum qui tonus est esse undulatum ali-
quam subsolitationem. Probatur experientia dicit
igitur labra sephi terimus vehementius, tan-
tum auditor tonus, cum videatur aqua sephi
contenta undulatio subsolare, ergo sephi his
dum obmutuor, & sonum edit, talem in aqua
motum producit, ergo etiam in aere similem
producit.

Probatur item aliis experientiis praecep-
tero chordarum, sive ex intellectu animalium,
sive ex chalybe, aut aere conficiantur in iis enim
tremorem, consilunque in vibrante parte
recursum facile notamus: ergo similis aere com-
municatur. Partes si campanæ praecepit maiores
inspiciantur, ita vibrantur, ut undulata
vibratio supra earam superficiem aspectetur.
idem in multis aliis notare licet, aliquando qui-
dem tactu huiusmodi undulations percipiuntur,
nonnunquam visu.

Dico secundo probabile esse non esse unius
tantum rationis motum, sed multarum, tot enim
sunt diversitatis motum, quod sonorum, quare
oscillatio frequens, undulata, subsolitatio, &
alijs huiusmodi motos ad impellendum frequen-
tius tympanum, sunt iij quos sub nomine soni
nuncupamus, alijs vero motos aeris, aut corporum
quorumque, qui vel leuiter tympanum fer-
unt, vel non satis frequenter illud incitunt, ne-
quaquam soni vocari debent.

Ez his autem facile intelliges quid sit sonus
acutus, quid grauis; ut iam diximus acutus illo
cuīus singule vibrationes intra breas tempus
peraguntur, grauis autem, qui à corpore gra-
uiori procedit, nempe ab eo cuīus oscillatio-
nes, nictationes, aut vibrationes longiori tempo-
re peraguntur, tunc duo sonora vñlosa, erunt
cum æquali tempore suas vibrationes absoluunt,
concordabunt in octava si duratio vibrationum
vnus, duplo sicut diurniores vibrationibus alterius.
& ita de aliis concordantiis, sonus intensus
erit qui velocior, ita ut fieri vibrationes eō-
dem tempore absoluantur, quia tamen maiores
sunt, excurrentque in maioren atque invenient in-
tenses.

Dico tertio, motum qui sonus est non esse
translaciun, sive mobilis de loco, in locum lon-
ginquum, sed esse tantum iuum, & redditum ciuili-
dem corporis, ita ut similis motus medio com-
municetur, & hoc modo propagetur, eō fer-
modi, quod videmus circulationes in lacubus
prolectis in medium lapide describi, quæ scilicet
agentur, & ad maximum distantiam se exten-
dunt, etiam nulla pars aquæ sensibiliter locum
mutauerit, sed tantum nonnulli supra superficiem
assurcerit, ita ut totum flagrum breui
tempore cispatum appareat.

Hæc assertio nonnullos impugnat, qui vo-
lunt ex corpore sonoro, exilite partes aeris, &
moleculas, hoc motu tremulo corporis sonan-
tis variis configuras, quæ magno impetu excita-
ntur, propellanturque quæqua verum, ita ut
physice & sensibiliter, totum illud spatium per-
tendant in quo auditur sonus: sed contra.

Incredibile est tot aeris moleculas proce-
dere, à corpore sonoro, ut tantum spatium
sensibiliter

sensibilitate repleant, ut extinguantur ab una campana, que unico ita percatur, tanta molecula-
laria copia, ut nulla sit in patio pars sensibili,
in qua non inveniatur aliquid.

Probatur secundo ex sono qui flato, & inspi-
ratione productitur, hic in quo sonus, ab ea tan-
tum parte audiiri posset, in quam impellitur spi-
ritus, sed hic in unam tantum partem inspiratur;
experiencia tamen conatur in aucta parte audiiri
sonum, licet non ita vehementer, ergo aliqua
propagatio soni excogitari debet, que aucter-
etiam parti communetur, nulla autem melius
excogitari potest: quoniam que superius explicata.

Aliqui probant tertio, hanc aeris moleculae mou-
locali & translatis feruntur, siveque ad aures, quo
erit vehementior iactus, quod pulsatur corpus so-
norum, ed sonus feretur velocius, breviorique
tempore ad manus spatium feretur, sed notat
nonnulli, quod soni a diversis locis causis pro-
dentes, aequali tempore, aequali spatium per-
currunt; quis enim dicat tam vehementer excutii
ex campana vibrante partes aeris in eam incur-
rentis, ac ex tormento bellico, dum explodi-
tur, volunt tamen se tempore intra minutum se-
cundum sonas, expedias decurrat, quia ta-
men experientie sunt ita lobitae, ut facile sit
aberrare, & de facto non conueniunt omnes in
affligendo illo spacio, quod intra minutum de-
currit, ideo puto tale ratioinem non con-
cludere.

Probatur tertio, moleculae illae a corpore so-
noro excusse, & prodeentes sunt aeris &
leues: ergo impossibile est ut tanta velocitate
ferantur, tantumque impetu concipiatur, ut
exteras partes aeris peraduant, probatur expe-
riencia rerum levium, & minimorum quorum
moto faciliter, eo quod magnus habeant di-
mensiones sub parua materia: magnamque ha-
bentem superficiem, ita videmus quid si glandes
minores a tormento bellico explodantur, ex
non octauam partem spatii decurrant, quod a
maiori globo percurretur, ergo etiam si maiore
vi excutientur illae moleculae, quam glandes
a tormento bellico, ad multo minus spatium
ferruntur.

Probat quartus ex augmento soni. Nam si
moleculae illae prodiunt a corpore sonantis, &
aequali velocitate feruntur, nunquam augen-
tus sonus, sed contra experientiam, quod sonus
nus per reflexiones variis intendatur; ergo soni
natura in particulis aeris a corpore sonoro pro-
ducuntur, non est posita. Probatur maior, im-
possibile est ut placit mobilia aequali, aut fere
aequali velocitate delata, etiam si vniuersit & per
reflexionem, quasi coelestis, velocius proprie-
te feratur, pati enim semper velocitate decur-
rent, nec unum alteri villum imprimet impe-
tum. Ergo hoc explicandi rationes, non saluat
augmentum soni per reflexionem. Intelligitur
quidem quomodo globus quietus, si a duobus
similis globis ex eadem parte percussatur, duplam
feret celeritatem habeat, illius quo quilibet glo-
bus percussus forebatur, non quod partes que
sunt omnes in motu, quantumcumque vniuersit
ageant sonum motum, principio si ab extrinse-
co, totum impetu habuerint, video quidem
in fluminibus, per inaequales sectiones, aequali-
tamen aquam aequali tempore fluere, velocitate
minorem copiam compensante, sed ad id pra-

standum, partes aliae impellentes concurrunt
multaque alia que in hoc casu non inveniuntur.

Quia veritas in materia physica, que vix
demonstracionis capax, & ut plurimum opinio-
nem & probabilitatem non excedit, aliquas ob-
iectiones proponam, que in hac materia, fatis
graves sunt, ex quorum solutione melius huius
opinionis momentum expenderemus.

Obicitur primo, plures & diversi motus, in
eodem ac simili tempore esse non possunt, sed
plures soni simili tempore in eodem ac repre-
sentantur: ergo sonus non est motus, maior suppo-
nitur ut certa, motus enim differentes ferunt ad
diversos terminos, sed impossibile est, ut idem
mobile simili tempore feratur ad diversos ter-
minus, pariter impossibile est ut idem ac vibetur
vibratione acuta, seu quaz brevi tempore absolu-
tatur, & simili vibetur vibratione gravi, seu
diuturniori, quia ex his motibus unus tertius
motus resulteret, ab aliis omnino distinxus. Pro-
batur minor, plures soni simili tempore ab
eodem homine audiuntur, nullusque est locus in
toto spacio, quo non audiantur illi soni, ut
distinxit, & non quasi vitrum sonum efficerent;
distinximus enim in symphonia plures cantores;
sed si soni in unum ita coalecerent, ut ex
tis tertius aliquis sonus ab iis distinxeret, non
distinxerentur inter se hi cantores, nec aduteremus esse plures cantores: ergo ex iis
omnibus sonis non resulterat unus sonus ab aliis
distinxus.

Hoc argumentum censetur validissimum, &
ferè unicum quod possit difficultatem facere. Sed
antequam respondam quarto vitrum duo soni in
eadem parte subiecti recipiantur, concedent vti-
que, cum sint dæcæ qualitates: quarto secundo,
an ita in illa parte subiecti confundantur; ve
sint à potentia semper distinguibiles, si non sem-
per, quandam distinguuntur, & quandam non
distinguuntur, an quando erant ciudem rationes
non distinguuntur; et tamen duos cantores,
etiam in unisono carentes distinguo, inter
se duas tamē filulas; immo etiam quinque,
si concordes sint non distinguo, sed puto esse
unicam filulam, quod est sive adeo verum, ut
si in organo pychaulico educatus illi ordo quæ
coru vocamus, nullus est qui non judicet esse
unicam vocem, cum tamē in singulis, sint quinque,
que cum grauori concordant in octava
duodecima decimaquinta, & decimafesta, nemp
neque quatuor vibrations se habeant in dura-
tione vi, 2, 3, 4, 5, quare priores voces etiam
vnifonas distinguo, posteriores non distinguo;
haud dubie quia cantores non sine interruptione
cant, identidemque unicum tantum audio,
vnde video esse differentiam in sono, dum unus
cantat, & duo, multo magis distinguo dum plu-
res cantores, propter varias consonantias quæ
occurrunt.

Ex his conficio quod sonus non sit qualitas, si
enim sonus esset qualitas distincta, disparates se
haberent in medio, nec se villo modo impedirent,
sonus enim unus alteri nec esset contrarius nec
disconsonans, si enim esset aliqua contrarietas,
maxime inter grauem, & acutum, utrumque tamē
similis percipio, ergo similis in medio inveni-
untur; quomodo ergo duo soni le iniuncti impedi-
ent, si enim aliqui obstrinxerint, non distin-
guo quid dicatur. Aliquando ergo soni sibi

inuicem aduersantur, aliquando ita vniuntur ut sint indistinguibilis, aliquando licet eos distinguere, non video quomodo id explicetur, si soni sunt qualitates in eadem subiectu patre competentes, quare ad aliquid aliud recurrendum est quod totam etiam in nostra opinione difficultatem solvet.

Respondeo igitur in forma argumento, plures & diversi motus a sensu perceptibiles, in eodem subiecto esse non possunt, distingui maiorem in eodem subiecto indistinguibili transire, in eodem subiecto sensibili nego, in stagnum non commotum quatuor, aut quinque lapides demittantur, sicut circulationes, que se interficiunt, nec se impudent; nullaque erit pars sensibilis, in toto illo spatio, in qua non licet distingnere omnes istos motus; ergo falsum est quod in aliquo medio sensibili, non licet percipere plures motus diuersos. nomine Rhodanis decurrit versus meridiem, potest tamen fluctibus exasperari, variisque vorticibus intersecari, ita vt in una eademque parte sensibili plures motus notare illecat: ita idem oculis notare potest cumdem hominem ferri simul cum nauigia a septentrione in Austrum, cumdem hominem ferri ab uno latere nauigia ab aliud, & id praestare saltando, & alia huiusmodi: potest igitur eadem pars aeris simul cum aliis vicinis vibrari ab oriente in occidente, vibratione determinata durationis, & simul cum aliis partibus habere vibrationes a septentrione in Austrum. haec sit prima responso.

Secundum vt plurimum soni non sunt sunt tempore, sed se inuicem sequuntur: & licet non aduentamus ad interruptions, sunt tamen realiter aliquae licet sensu non perceptibiles, ita experiri sepe nos non posse distinguere inter mo aliquos, sic dum titillationem accentum in orbem rotamus, non distinguimus inter tempus quo est in via parte illius circuli, & illud quo in alta versatur. ita puto sepe evenire, vt licet videantur duo sonora simul audi, eorum tamen vibrations se inuicem subsequuntur, tam parvam tamen interuersum, vt distinguiri nequeat, me mouet ad hanc opinionem experientia luculentia, iam in hoc tractatu relata, dum artifices organum pythagoricum ad concordiam reuocant, dum due filii ad octauam fere consonant, vt modica sit dissonancia, utraque nonnunquam ascendi, & utraque simul decessit. ponamus sonum gravorem esse nimis gravem quam vt concoctet cum acuto, & acutum nimis acutum, vt concoctat cum graui, in tali casu inveniat non nihil sonus filium grauioris; & concordat cum acuto, tum post pulsuum descendit seu fit grauior sonus acute filius, & concordat cum graui, & hoc sit per vices sensu distinguisibilis, quod dicunt artifices, concordias pugnare, & certare inter se, quod autem in hoc casu sit per vices sensu distinguisibilis puto sepe accidere per interruptions indistinguibilis, motus ad id dicendum alia experientia nempe si duae fistule non concordes, sed que discerent una secunda, aut septima, non, simul canant in spacio valde vicino, sit obstreperus aliquis sonus, ita vt aer videatur quasi in minissimas partes diffisi, quod alter explicari non potest, nisi vel quod vibrations se interturbent, vel quod idem aer per intertrapas vices, ad vibrations viriusque se accommodet, si enim sonus est qualitas etiam du-

soni differentes in eadem parte subiecti roperiantur, quare propterea obstreperus ille sonus.

Moneor item ad huiusmodi opinionem amplectendam, quod aliter explicari non possit, eum multitudine, intensitatem sonum producere quam pauciores, si enim soni in medio disparaet in eis habeant, etiam plures recipiantur in eodem subiecto, non proprietas eis villa intensio, quod autem disparate se habeant, id videtur supponere obiectum quod vult duos sonos non coalescere, sed esse distinguisibilis.

Addo quod duo sonora vt duo, si simili agant non possunt producere sonum maiorem eo quem se in producent, solum notus id videntur habere quod se inuicem intendant, addo experientias, quod clamante multitudine, ita dissipat aer ve sustentandi artibus fiat ineptus, vt igitur omnia complectantur, nego primo in eodem aere sensibili non posse inueniri plures motus, seu plures vibrations.

Secondo nego quod vt plurimum sint plures soni in eadem parte aeris simili tempore, altero enim quod successive se habeant.

Tertio nego quod vt plurimum soni non se confundant, certum est enim quod sint indistinguibilis, & quod ex pluribus per unum obiectum sensus, neceps potest ex pluribus motibus vnu totali fieri.

Quarto dico quod sicut in diversis partibus retine, possunt formati imagines plurium obiectorum, ita etiam in diversis partibus organi auditorii recipi diversi soni.

Obicitur secundo, vel percipitur motus qui est in corpore sonoro, vel ille qui est in aere, non ille qui est in aere percipio enim distantiam, & foris sonum fieri, non ille qui est in corpore sonoro, quia non applicatur potentie, & motus qui est in aere, non est representatius illius qui est in corpore sonoro, ergo admittendae esten species auditus, que huiusmodi distantiam representantur.

Propter hoc argumentum volunt sonum, non propagari per medium, sed canisse in corpore sonoro produci, propagari autem per medium species soni representatiwas, nempe que auditionem, seu imaginem illius sonum producent.

Ceterum est hanc obiectiōne exquirere impietate opinionem asserentem sonum esse qualitatem, a motu distantiam, ac illam quae sonum cum motu confundit: quidquid enim dicitur contra motum medijs, applicari potest, sono, etiam quasitatis sit.

Respondeo igitur auditionem esse percipiunt motus motus, & representatiwas motus potius corporis sonori, quam medijs, & motum medijs posse potentiam determinare, ad talen sensuationem percipiendam, praeceps cum motu medijs, aliquid habet quod id praestare possit, cum enim a corpore sonoro motus medijs circulat, in omnem partem propagetur, habet in maiori distantia, quod pars quae organum afficit, sit segmentum maioris circuli. & ex eo determinat ad representandam, hanc affectionem prononcens ex centro illius circuli. Addo multa concurrens ad representationem distantiam, ut intentionem soni, ita cuiuslibet tubam quae duobus tantum passibus a me distabat, quam tamen a semi-milliarie perfonare credebam, eo quod obturata esset, lanceo peniculo. Ambx item astes ad iudicium

eiom distantia plurimam conferunt, ideo res lubrica est, & in qua ex qualibet circumstantia decipimus; vnde quoties sonus per lineam rem ad aures non propagatur, etiamque percipiamus hunc acutum motum exterioris aduenire: & consequenter sonum exterioris fieri, aliam affissionem requiritus. Sed de re physica haec tenuis fatis.

PROPOSITIO XLIV.

Modi varijs sonum augendi & propagandi.

Referam in hac propositione varios modos, sonum augendi intensius scilicet.

Primus autem est Virtutum, qui modum tradit quod Theatrum redditur maxime vocale, ita ut qualibet vox aliquem quasi concentum est, vult igitur ut circa Theatrum, quod esse oportet Elypticum multa cellulæ construantur, in quibus Echœ vasa, seu sonora disponantur, hæc autem sint inter se consona nempe per quintam & quartam vsque ad duplum octauam, nempe vt eius verba videntur innuere, ita vt secundus difteret à primo grauiori per quintam, tertius à secundo per quartam & hoc sive ad duplum octauam, dicit fore vt vox ingressa per aperturas impellat huiusmodi vasa, & concentum aliquem edat, oportet autem, vt hæc vala optime sint librata; Pater Kirkerius suò modo explicat hunc Virtutum locum, vix ramen crediderim huiusmodi instrumentis multum voci additamente adiungi, nisi casu fortuito his vasibus invenirentur consona, in quo casu puto fieri posse, vt aliquid incrementi, immo & concentus acquiratur, velle autem vt portus concordantia vasa, secundum concordantias perfectiores seu multiplicas, nempe vt cum primo in octaua concordarent duodecima, decimaquinta, & decima septima: possent plures fieri tales celæ, disponique plurima vasa huiusmodi, cum diuersis tonis, & nempe vox qualibet cum aliquo ordine concordaret, sic enim fieri non posset vt non audiretur aliquis concentus.

Non concordantia auctores in explicando hæc vasa non à voce incitari ad sonum edendum, sed ad modum campanarum, alijs putant Vitruvium intellectisse, vocem ipsam ad vasa illisam potuisse concentum edere. Caualieri proponit hæc vasa ad modum speculorum concavorum, quæ vocem reflegerent, & augerent. Puto tamen in praxi nihil boni ex hoc intentio sperari posse, credidisse quidem specula posse vocem reflegeret, sed ad locum determinatum, oportet autem ea esse ingentia quæ ad alia procedamus.

Per cæstas oblongas principio vero politos vox mitifice propagatur, ita vt ab uno feci militari audiamus loquentes, ratio clara est, melius enim acti inclusi tremor communicari potest, quam roti sphærae aliqui, addo quod reflexiones cerebri que sunt, motus celeritatem agent in partibus mediis vt videbimus postea, per trabes triam integras optime communicari sonus, non quidem ita feliciter sonus vocalis, sed qualibet vel minimus ictus trabs impetus percipitur, eo quod tota trabs vibratur, vibrationesque conceptam continetur;

Praeterite non possum celebrem illum Dionysij Tyranni carcerem, qui etiam nunc syracusis visitur, est spelunca oblonga ex vino lapide extorta, cuius concameratio in formam helicis contorta figuram auris suis accurate imitatur, canalis vero non ita amplius, in helicem primo contortus, exinde per totam concamerationem exensus, ad aliquod superius concaue vocem defert, ferunt autem hoc artificio, ita auctor sonum, vt voces etiam demississime in clamorem evadant. Huic inuenio fauer natura, quæ vt sonum augret, magisque perceptibilem animalibus potest, aure seu cono in elicem contortis ea intruxit, in quo unum notandum est, vocem multo magis esse reflexionem cagacem, quam lumen, lumen enim per varias reflexiones miram in modum debilitatur, sic quod in materia longe subtiliori positum sit, & quo per millesimorum portos se insinuat, vnde que corpora in ordiné ad reflectendum sonum faciunt leuis, & polita sunt, respectu luminis scabra carent postulat, & inutilia, lumen ergo in singulis reflexionibus, multum de suis viribus amittit, quia plurimæ eius partes à scabritate obicit, & speculi alio remittuntur, sonus vero cum in materia non adeo tenui consistat, sed in ipso aere, non ita dissipatur, & ex singulis reflexionibus in quibus plurimæ partes in unum cognitum, reboratur, precipue si hæc vno multum continetur, aut semper in angustum tendat, sola reflexionis sonum augrete potest, nam refractio, quæ ex medio rarioti, in densius procedit potius vires eius reverteret. Non est autem dubium, quia in reflexione soni, illæ omnes leges, quas reflexionis tribuum obseruentur, ideoque patet supervacuum esse, eas denno referre, cum sine fusus explicare, in tractatu eisoptrico.

Ex ultimo item iis omnibus modis posse sonum augeri quibus lumen intensius produxitur, illud etiam modis quibus lumen ad maximam distantiam parallelam remansum, sine notabilis sue intensiois decremento iisdem possumus sonum propagare, supponamus enim sonum ex ore produdentem audit ad distantiam ducentorum passuum, totumque aliquod spatium sphaericum respire, ponamus illud spatium esse hemisphaericum, cuius semidiameter sic ducentorum passuum, remittatur sonus in connu cuius diameter fit vnius verbi gravis vlna, qui producatur donec eius soliditas æqualis sit huius semisphaeræ, credibile est sonum ad tantam distantiam propagandum, cum eadem intensione, quam habet in extremitate illius sphærae. Ratio est quia maiores vires non requirantur ad mouendum totum illum cylindrum æris, eique imprimendum, in mortuæ seu tremorem, quam ad imprimendum, æqualem tremorem toti illi semisphaeræ, cum æqualis sit virtusque capacitas, sed supponuntur vires in homine sufficientes, vt sonum producant in tota illa semisphaera, quare vellim figuram parabolicanam ad id praestandum adhibere eamque oblongam cuius feliciter ordinata per centrum transiens efficit vnius digiti, sic diameter efficit duorum digitorum, os autem loquentis in ipso centro, seu foco apponetur, figuram hic non appeto, vt potest quæ per se satis intelligatur.

In praxi tamen hæc figura non ita succedit, vix enim multum aberrat à cono, saltem ubi aliquantulum processerit, & in multis videntur de-


ficeret;

ficer, primum quidem in medio, si omnia Mathematica procederent relinquetur spatium, in quo vox non augetur villo modo. Secundo quavis si unicam reflexionem spectemus hac figura parabolica, videatur aptissima ad remittendos radios parallelos ex foco, seu centro prodentes, cum vox sit multatum reflexionum capax, viderentur aliae esse aptiores, nempe tubus oblongior, eiusdem vbiique diametri, qui nempe sonum cogere viam rectam intre, & eadem ad longum spatium propagari. Quare puto aliter de sono, aliter de lumine philosophandum est, ut dicam paulo infra.

Si pariter Theoretice procedamus. In certo & determinato loco sonum multum augebimus, si nempe Ellipsis seu ovalis figuram describamus, loquens in uno foco versetur, & audiens in alio, certum est enim quod omnes linearum ab uno foco procedentes, vniuersitatem in alio vt demonstrauimus in catoptrica, quare si ad determinatum tantum spatium loquendum foret, formandas esset tubas figura Elyptica, cuius distantia focorum esset ea ad quam loquendum foret, nempe loquens in uno verteretur, & audiens in alio. Si haec distantia maxima foret, hac figura quidem versus apices nonnihil curvitas habet, & versus medium, vix a cylindro differet. In praxi tamen cum tubi quos habete possimus non adeo longi sint, nec Ellipsis illius magnam partem assumant, non exitimus plus emolumenti ab ea figura obtineri, quam ex cylindrica, aut conica. Habemus tamen ex hac consideratione, quod si in formicibus Elumbibus, seu depressis, que sunt Elyptice optime exaudiri sonum, si loquens in uno puncto comparationis inveniatur & loquens in alio.

In sphera autem si quis in centro loquatur, sonum remissum adiet ex omnibus punctis superficie eiusdem spherae.


Quae omnia sunt vera si unicam tantum reflexionem spectemus. Si vero spectemus plures reflexiones, duo diametri extrema, sibi invicem respondent in omnem pene reflexionibus, sit enim hemisphaerium, sicut loquens in A audiens



in H, in altero scilicet diametri extremitate aut prope. Claram est quod si semicirculus ABH, in quotunque partes aequales dividatur, ponamus in tres aut quatuor in punctis CEH clarum est obseruatæ aequalitate angulorum incidentium, & reflexionis, sonum delatum per AC ferri in CE, & ex CE in EG, idem intelligendum de quibusunque aliis divisionibus in partes aequales usque ad quadrantem, sonus enim in tholum ipsum incidens, reflectitur etiam in extremitatem, qui vero incidit in C licet, non reflectatur præcise in extremitate non longe tamen ab ea reflectitur, nempe si ex C ad CE. Quod si intelligatur immota diametro, revolvi semicirculus ABCD, ita ut generetur hemisphaerium, similes in singulis circuitis, convenientibus in punctis

extremis tanquam in polis, sicut reflexiones unde mitum quod in hemisphaericis testudinibus, quilibet submissa vox, in una extremitate prolatæ, à diametraliter opposito, tam distinde audiatur, quod etiam in arcubus accidit, modo tam loquens quam audiens in diametro versentur, & non infra. alia multa in hunc modum considerari possunt, sed huiusmodi figure sunt stabiles, & ad usum quotidianum inceptæ.

Prodidi nuper novum inuenient, & noua machina ad propagandum non tantum sonum, sed etiam vocem distinctam, & articulatam ad maximum distantiam: Estige Nobilis Angli Equitis Morland, qui cum aduceret in montibus, voces qualibet, per varias reflexiones in cautibus, & cavernis mitum in modum augeri, in cam cogitationem venit quo plures vox reflexeretur, & in seipsum quasi recaretur, eo magis augandam, quare Tubam consecit, cuius vacuitas excipiendo ori effet accommodata, diametrum habetur duorum circiter digitorum, ambiisque genas, ne vel minima pars ipsius ore emitti patiret, voluit, & ex corio affacium adtere, ne inier respirandum spiritus regredetur ad os, vacuamque à capro iuncte deuaret. Hanc tamen cautionem damnosum putarem, cum enim sonus in motu positus sit, quantum in eleuando alario impenditur virtus, tantum de celestis motu detrahatur. Figura tubarum satis ordinaria erat nempe initio, in cylindrum extensa, exinde in fine ad modum reliquarum tubarum, in minus spatium ampliatur. Cogitatus respexit roentus, cum ad unum milliarum & amplius, ope huius instrumenti vox distincta se extenderet, quod mirum nemini videti debet, cum tubæ communies ad tantam distantiam, & siepe maiorem ferantur. Ex Relatione Anglicâ Dominus Reynaud in Mathematicis disciplinis bene versatus, duas huiusmodi tubas hic Lugduni construxit, perspicuisse autem omnibus, figuram hyperbolicanam tribuit, ea ratione ductus, quod plures in hac figura soni reflexiones existenter.



Fuit & alia ratio nempe quod tubæ communes, licet longissime, & uno tenore ad extremitatem fere procedant, qua tamen parte appetitiores sunt, figuram hyperbolicanam ut plurimum imitantur, notatum autem est & experientia comprobatum, sublatâ illâ infundibulo, cessare illum clangorem, vehementioremque sonum magnâ ex parte temiti: effectus autem similis omnino illi, quem in Anglia habuerant, nempe ut ad unum centrum milliare vox distinda audiretur.

Nonnulli aliam huiusmodi tubis figuram tribuendam censem, nempe ut in helices, seu conum helicoideum formarentur, sic enim plures soni reflexiones, & frequentiores emergent, ut verum tam